Domus Prof. Rom. S. J.

SANCTISSIMI IVRIS CIVILIS LEXICON

ab Antonio Nebrissensi viro vndecunq; doctissimo, aduersus quosdam insignes Accursij errores æditum, hac formula iam primum castigatissimè excusum.

Louanij ex officina Seruatij Zasseni
Anno. M. D. XXXV.
Mense Aprili.

SACRARVM LEGVM Consultissimo D. Petro Tayspil, inclyti Consilij Flandreñ. Praesidi meritissimo, Ioannes Graphaeus S. P. D.

QVasi nihil optimorum librorum non fuerit olim foeda vndique barbarie plus satis cõspurcatũ, optime Praeses, annisi sunt quidam, insigni scilicet inscitiae impudentia, malũ addere malo, inter quos eruditi deprehẽderunt Accursium, Leguleium quendã, qui cũ profiteatur se Iuris Ciuilis interpretem, dum quaedam ad huius vtilissimę scientiae studium pertinentia, vel per Barbaros deprauata, vel ab ipso fors male intellecta, male legit, ea praecipiti iudicio lõge peius interpretari non est veritus (ita enĩ aiunt huius scientiae periti, siquidẽ de his iudicare nostri nõ est fori) Quod cũ animaduertisset Antonius Nebrissẽn. homo ad oppugnãdam explodẽdãq; barbariem perq̃ strenuus, ẽdidit Iuris Ciuilis Lexicon, idq; pbreue quidem, sed vtile, in aliquot tantũ loca, per barbaros foedissime deprauata, quo scilicet (multa interim diligenter restituens) illius inscitiã ceu digito ostẽdit, palãq; facit, id iã a nobis publicae vtilitati hac enchiridij formula castigatissime excusum, tuę humanitati dicamus, nã cui id vel auspicatius, vel aptius fieri potuisset, q̃ ei qui praeclarae huius scientiae est obseruantissimus, & cui veteris amicitiae iure nihil non debemus, & qui iam cum eximiae virtutis, tum sacratissimi huius studij merito, ad tan

tum

tum istud pulcherrimæ dignitatis fastigium ascitus est, Cæterum tam inopinatæ isti, q̃ debitæ tibi fœlicitati, ex animo gratulamur. Vale præses optime. Antuerpiæ ex officina nostra calchographica. XII. Calend. Ianuarias anno. 1527.

SANCTISSIMI IVRIS CIVILIS LEXICON

con ab Antonio Nebrissensi viro undecunq; doctissimo, aduersus quosdam insignes Accursij errores, ordine Alphabetico æditum, & primo de litera

A.

ABax, acis, siue abacus i, tabula est, in qua escaria & potoria vasa collocantur, quæ sunt mẽsæ ministerio parata. Iuuenal. Lectus erat codro procula, minor vrceoli sex ornamentum abaci. Ausonius. Fictilibus fama est cœnasse Agathoclea regem, Atque abacos Sa-

mio sæpe onerasse luto. Cicero. 5. Thusc. q. Abacus complures ornauit auro & argento cælato. Idem in Verrem. Abaci vasa omnia vt exposita fuerāt sustulit. Sed abacus. i. ab eo quod est abaxacos græce est inclinatum, quod teste Prisciano lib. 7. de octo partibus orationis penultimā geniti ui breuiauit, quod significat præterea vasa quędā viliora in quibus preciosiora reponuntur. ataifor Pœni vocant. de quibus Paulus Iurisconsultus libro. 32. dig qui est de legatis tertius. l. Hæres. Cui Corinthia, inquit, vasa legata essent, & abaces huiç quoq; eorū vasorū collocandorū causa paratos videri Trebatius respondit. Pro quo in codicibus recentioribus mendose baces, a, litera dispuncta legitur. Accursius non ratione aliqua, sed veri similitudine ductus, capsulas esse interpretatur baces. Quod cum sit nihili verbum, interpretamētum quoq; erit inane. Philippus Beroaldus quodā in loco suarum cōmentationum, bases legit vocem vulgi sequutus. Sed de hoc lege verbum Corinthia vasa.

Abactores ab oratoribus & historicis appellātur, quos iurisconsulti vocāt abigeos. Ductū vtrūque nomen a verbo abigo is, quod inter alios sensus significat etiam a grege siue armento pecudē furto subducere. hinc abactores & abigei dicti huiusmodi fures. Quod genus hominum in Hispania maxime inuenitur, dicente Virgili. in 3. geor. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Quod Seruius interpretatur, abactores, & subdit, nam omnes

omnes fere Hispani qui ijdē sunt & Iberi, acerrimi abactores sunt. Apuleius. 7. de asino aureo, abactorem indubitatū cruentūq; percussorē criminātes. Ambrosius in sermone de hostibus carnalib⁹ non metuendis. Armēta diripiet, istud damnū ab actorē tolerādo iā didicit. Sed queadmodū diximus, a Iuriscōsultis potius abigei dicuntur, de quibus tit. est lib. 47. dig. In cuius prima lege Vlpi. his verbis scribit. Qui pecora ex pascuis vel armentis abigūt, hi proprie dicūtur abigei. Quod si quis oues aberrantes aut alias quadrupedes abduxerit, nō erit reus crimine abigeatus, sed potius furti. Est enim abigeat⁹, ipsum abigei crimē, quod in Hispania grauius quā alibi gentiū debere puniri Hadrianus Cæsar consuli rescripsit. Abigei, inquit, cū durissime puniūtur, ad gladiū dānari solēt. Puniūtur aūt durissime nō vbiq;, sed vbicūq; frequentius est id genus maleficij. Atqui diximus ex autoritate Virgilij & Seruij Hispanos maxime hoc crimine laborare.

Abrogare legē, idem est quod tollere siue antiquare, quia a magistratu qui eam potestatē habet, populo interrogato, an velit iubeatq; eā legē tolli, illo annuente, antiquatur tolliturq;, quemadmodū eodē populo interrogato fuerat promulgata, vnde & lex plerūq; dicitur rogatio. Cice. li. 2. de legibus, eas inquit, tu leges rogabis, quę nunquam abrogentur. Liuius lib. 22. Plebiscitū prim⁹ ego antiquo abrogoq;. Est itaq; abrogare legem idem prope quod derogare. Iurisconsultus, tamē

de verbōrū significatione inter vtrūq; verbū nō nihil distare facit. Derogatur, inquit, legi, cū pars detrahitur. abrogatur, quū prorsus tollitur. Adde tu quod abrogatur, quū prioris legis infirmandæ causa promulgatur altera. Sermonis Latini ignari vulgari voce decepti, p eo quod esse debet abrogare siue derogare legem, ipsi reuocare dicunt, cū sit reuocare, vt autor est Varro de lingua latina, rursus in cor vocare, hoc est renouare. Iuuenalis de Domitiano, qui legē Iuliā iā obliteratā dormientēq; excitauerat, sic inquit. Qui tunc leges reuocarat amaras omnibus, atq; ipsi Veneri Martiq; timendas. Virgilius. I. æneid. Reuocato a sanguine Teucri. i. renouato, quippe qui iā propemodum extinctus erat.

Acinaciū vinū est qđ ex vuarū folliculis aqua addita diffunditur, Greci deuterion. i. secundariū, Latini tum Loram tum loream appellant. Varro in primo de re rustica. Acinorum, inquit, folliculi in dolia, coniiciuntur, eoq; aqua additur, eaq; vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino datur operarijs hyeme. Nonius quoq; Marcellus Lorā inquit, dicebāt in vindemia cū expressissent mustū ex acinis, & folliculos in dolium coniecissent. Plin. lib. 30. quæ Græci deuteria appellant, Cato & nos loreā. Scripsit autē id Cato in libro de re rustica, dicens. Lorea erit familiæ quod bibat. Vlpianus lib. 33. dig. tit. de vino & tritico legat. l. Si quis. Vinū inquit, acinaciū plane vino cōtinebitur. Accursius acinaticiū pro acinatio legit, inter

pre

pretaturq; esse vinum ad vsum cōparatū. Quid vero per tale vinū ipse intelligat, ego non video. Nam si vinum quod est ad vsum comparatum, vinum est, quid ineptius dici potest, quā appellatione vini vinū contineri? Atqui iurisconsultus aliud prospiciebat, quod poterat in dubitationē venire, an scilicet lora siue lorea, hoc est, vinū illud secundariū quod ex vuarū acinis expresso musto atque addita aqua maceratis conficitur, appellatione vini contineatur, quū præsertim maior pars aquæ sit in eo permixta.

Acapna ligna dicūtur quæ sunt in furno, aut ad solē exiccata, ita vt cū focis admoueātur, non fumigent, dicta ab a particula priuatiua, & captios quod interpretatur fumus, quasi sine fumo. Apud Martialē in distichis, lēma est ligna acapna. & Straboni lib. 19. mellis quoddā genus acapniston appellatur, quod ita purgatū sit, vt non sapiat fumū. Vlpianus lib. 32. dig. qui est de legatis tertius. l. ligni. Sed & titiones, inquit iurisconsultus, & alia ligna cocta ne fumum faciant, acapna volens significare.

Aconitū, veneni genus quoddā est celebratissimū, dictū ab acone qđ interpretatur cos, quoniā vt inquit Ouidius ea herba ex cotibus colligitur, ait namq; libro septimo metamorph. Quæ quia nascuntur dura viuacia caute, agrestes aconita vocant. Idem libro primo. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Iuuenalis. Sed nullis aconita bibuntur fictilibus. A Græcis quoque

pardalianches quoq; dicitur, id est, pardi animalis strangulator. Sed qđ fere ignoratur quę sit ea herba aconitũ vulgo pro quocunq; veneno accipitur. Marcellus libro. 48. dig. tit. ad legẽ Corneliam de sicarijs & veneficis. l. eiusdem. Si quis, inquit, temere cicutam & salamandram & aconitum pityocampas & buprestin dederit. &c.

Ad præpositio composita cũ dictionibus a cõsonante incipientibus, mutat d in cõsonantẽ quæ sequitur, id quod omnes qui de orthographia scribunt, annotauere, vt accurro, quod ex ad & curro componitur. affligo ex ad & fligo, In Pãdectis tamẽ quas Florẽtini ex pręda pisana ĩ archiuo adseruant, semper reperiuntur præpositiones integrę, quod & antiquos obseruasse ex numismatis & monumentis literarũ marmoribus incusis etiam hodie videmus. Itaq; in codicibus illis archetypis non legitur ex ortographorum ratione, accresco, affero, affinis, agnat⁹, appono, arrogo, asscribo, assentio, assideo. assidu⁹, astringo, & huiusmodi, sed adcresco, adfero, adfinis, adnatus, adpono, adrogo, adscribo, adsideo, adsiduus, adstringo, hoc est ad, præpositione integra. Hæc nãq; omnia & similia (tametsi non mutant sensum) retinenda est tamen antiquorum librorum maiestas, in libris maxime legum, qui quo sunt vetustiores, eo habentur maioris autoritatis. Nam si quis per regulas artis grammaticæ conaretur talia castigare, non minus peccaret, q̃ si pro repetundarũ, & finiũ regũdorũ, & de familia herciscunda, & de communi di

uidũ

uidūdo contenderet scribendū esse repetēdarū, & finiū regendorū, & familia herciscenda, & cōmune diuidendū, quod regulæ quę traduntur a Grammaticis de formatione verborū id fieri debere pręcipiant. Apud antiquos nāq; gerundia & participia futuri in dus a verbis tertiæ & quartę coniugationis inclinata in undus non in endus desinebant. Plautus in ipso statim initio Amphitrionis, Vt vos in vostris voltis mercimoniis emūdis vēdūdisq; pro emēdis & vendendis. Permāsit tamē hæc declinandi forma in hoc verbo Eo is, & ab eo cōpositis, vt eundi eundo eundū, adeundus a um, prætereundus a um. Dicimus quoq; hodie pręesse quēpiā iuridicūdo potius quā pręesse iuri dicēdo.

Addico is, xi, pro eo quod est adiudico simpliciter accipitur, vt Cicer. in offi. addictus morti dixit, pro adiudicatus. & Horatius in. 1. epist. Nullius addictus iurare in verba magistri. Aliquando etiam inuenitur pro eo quod est vendo, vt apud Martialē. Addixti Labienæ treis agellos. pro addixisti, hoc est vendidisti. Gellius quoq; lib. 10. liberos verberari addiciq; iusserunt ei, cui furtū est. Et est vnum de verbis tribus quæ prætori accommodantur, de quibus intellexit Ouidi9 in. 1. Fast. scribēs. Ille nefastus erit per quem tria verba silentur, Fastus erit p quem iure licebit agi. Erit igitur tūc addicere ex vēditione aliquid alicui adiudicare. Apud Iuriscōsultos lib. 18. dig. tit. est de in diē adiectione, pro eo quod esse debuit, de die in diem addictione, quē errorē primus omniū deprehēdit

agnouitq; Laurẽtius Vall. Verbũ quoq; ipsum nihilominus corruptũ cũ alijs in locis tũ in eodem titulo legitur, adijcio videlicet pro addico, vt in l. Vlpiani, cuius initiũ est Quoties Quoties inq̃t, fundus in diem adijcitur. Et ibidẽ, Si res in diẽ ad iecta sit. p addicitur & addicta sit, qđ in emẽdati oribus libris reperias. Itẽ li. 40, dig tit. de fidei cõmis. li. sępe legitur adijcio & adiectio in eadem significatione, sed corrupte, p addico & addictio.

Adrogare & adrogatio, adoptare & adoptatio siue adoptio differũt auto. Gellio li. 5 noct. att. vbi ex æquo distiguit adrogationẽ ab adoptione, nec alterã sub altera cadere putat. Eius verba sũt Cũ in alienã familiã inq; liberorũ locum extranei sumũtur, aut per prætorem id fit, aut per populũ Quod per prætorẽ fit, adoptio dicitur, quod per populũ, adrogatio. Adoptantur autem cũ a parente in cuius potestate sunt tertia mancipatione in iure cedũtur, atq; ab eo qui adoptat apud eum apud quẽ legis actio est, vẽdicãtur. Adrogãtur aũt ĩj qui cũ sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradũt, eiusq; rei ipsi autores fiunt. & subdit. Adrogari nõ potest nisi iã vesticeps. i. cũ ad annũ duodeuigesimũ peruenerit. Adrogatio autẽ dicta, quia genus hoc in alienã familiã trãsitus per populi rogationẽ fit. Eius rogationis verba hæc sũt. Velitis iubeatis Quirites, vti, L. Valerius L. Titio tã lege iureq; filius sibi fiat, q̃ si ex eo patre matreq; familias eius nat⁹ esset, vtq; ei vitę necisq; ĩ eũ potestas siet, vti pariendo filio est. Hæc ita vti dixi ita vos

Quirites

Quirites rogo. Modestinus li. I. dig. tit. de adoptionib. l. pri. adrogationẽ ab adoptione eo differre putat, quo species distat a suo genere. Adoptionis inquit, nomen generale est. In duas autẽ species diuiditur. quarũ altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. quasi velit dicere, adoptio duas habet species, quarũ altera nomine caret, & ex doctrina Aristotelis, nomine generis appellatur, altera vero est adrogatio. Accursius adrogationem dicit appellari, non quod populus rogaretur, vt scribit Gellius, sed quod adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat, sibi iustum filium esse, ex eo fortasse deceptus, quod legerat libro primo Institutionum, titu. de adoptionibus, adrogationem fieri solitam Imperatoris authoritate, quia lege regia populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem concessit. Qđ si ita est, non adoptator sed imperator, qui in locum populi successit, in huiusmodi adrogationibus faciendis rogandus est.

Adulterina res dicitur, quę nõ est legitima, sed supposititia, vnde filij adulterini dicti, ex adulterio cõcepti. Hinc adulterinę literę apud Apuleiũ li. 4. de asino aureo, & adulterina clauis apud Sallust. & adulterina signa vocat Fest. Põp. quę sunt alienis annulis facta. Ipse quoq; annulus quo signa imprimũtur, adulterin9 dici potest, vt li. 48. dig. tit. ad legẽ Corneliam de falsis legib. l. Corne. vbi Modest. ait. Qui signũ adulterinũ fecerit, vel exculpserit, Aphrica. q̃q; i eodẽ tit. l. si qs. Qđ si

testamentũ

testamentum,inquit,adulterinum nõ esset. In eo/dem quoq;.48.libro titu.ad legem peculatus. le. Sacrilegij. Vlpianus ait. Non videntur adulteri nam monetam exercuisse.

Aedicula pro parua æde, hoc est,tẽplo paruo accipitur. Nã ædes is,in numero singulari semp accipitur ꝓ templo, vnde semper adiungitur illi cui Deo sacrata est atq; dedicata, vt ædes Iouis. ædes Castoris. ædes Concordiæ. Dicitur quoq; ædes sacra. Aedes,ium,in numero multitudinis significat domũ priuatã,caretq; numero singulari. Ab ęde igitur sacra,fit ædicula pro alicuius Dei templo paruo,vt Plin lib.35.Supra ędiculã,inqt, Iuuentutis,hoc est deę prę sidis iuuentæ ętatis. Iurisconsultus libro 48.dig.titu.ad legem Iuliã peculatus l. sacrilegij. Qui ędiculas,inquit, incusio ditas tentauerit Quod si ædiculę nõ essent sacræ tentare illas nõ esset sacrilegiũ,atq; ex consequẽti ad legem peculat⁹ non pertineret crimen.

Aestimo as,pro eo quod est taxare accipitur, verbum frequens in iure, scribiturq; per æ diph. quod ab ære & time quod est precium componitur. Sic quoq; in archetypis illis Florentinorũ Pãdectis semper scriptum reperitur, neq; scribendũ extimo as,id quod in libris recentioribus legitur. Hinc est apud antiquos pœna ęstimata,ab ęre,inquit Festus,quia ęstimauerunt eam ouem decusse.i.decẽ assib⁹.bouẽ cẽtusse.i.centũ assibus. Hinc rursus fit æstimatio, æstimator, & ęstimatorius. vt Vlpi. libro 19. dig.tit. de ęstimatoria actione.

Agnus

Agnus pro fœtu ouis, dictio græca est, significatq; purum siue castũ. dictusq; est agnus quod eà sit hostia pura & immaculata. Varro tamẽ de lingua latina, agnum putat ab eo dictũ, quod sit pecori agnatus. Paulus libro tricesimo secundo digestorum, qui est de legatis tertius. l. cum quæritur, agni, inquit, legati quatenus viderentur, quidam aiebant tantum sex mensium esse. Sed verum est eos legatos qui minores essent anniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, vt apud Vlpianum libro 33. digestorum, de auro & argento legato. l. vestis. Pelles, inquit, caprinæ & agninæ.

Agrippinensis Colonia ciuitas est germanię inferioris siue Gallię Belgicę. autor Ptolomęus. Tẽpestate quoq; nostra Colonia appellat̃, de q̃ paulus li. vltimo dig. ti. de censib. l. iuris Italici sunt in Germania inferiori Agrippinẽsis Colonia.

Agonotheta interpretatur certaminis dispositor. & est qui certantibus proponit præmium qđ detur victori. Hiero. pri. in Iouianũ li. proponit agonothetes præmiũ, inuitat ad cursum. Idem ad Luciniũ Bæticũ. Non est inuidus agonotheta noster, nec alteri palmã, alteri parat ignominiã. Modestinus lib. 50. dig. de pollicitationib. l. Septitia. Agonem inquit, constituo trietericum. & sequitur agonotheta existẽte ac pręsidente viro meo. Accursius agoneta legit non minus falso interpretamento q̃ lectione.

Album, tabula erat in qua iudicũ nomina scribebantur, quod leucoma Gręcis dicitur, vt ẽ apud

Iulium

Iulium polluce͂.Plin. in procemio nat.hiſt. Quid te iudice͂ facis? cū hanc operam condicere͂,nō eras in hoc albo. Suetonius in Claudio Cæſare. Iudicū, inquit,albo eraſit. Idem in Domitiano. Equitem Romanū eraſit iudicū albo. Seneca lib.5.epi. Turpes infameſq; etiam ad album ſedentibus exceptiones. Vlpian. lib. 4. ad edictum,cuius verba tranſcribuntur in ſecūdū librū dig. tit. de edendo. l. prima. Eū inquit,edere Labeo ait,qui ꝑducat aduerſariū ſuū ad albū,& demonſtret qd dictaturus eſt. Sic enim in Pādectis Florentinorū ꝓtotypis legitur,non ad aliū. Quo in loco Accurſ. multa hæſitatione ſeipſum atq; alios torquet. Deprehendit hunc errore͂ primus omnium atq; mōſtrauit Angelus Politianus,cui ſæpe data fuit copia inſpiciendi libros illos.

Algidū,oppidū erat trans montes Thuſculanos,quindecim millibus paſſuum ab vrbe Roma nunc vrbis tantū veſtigia extāt. Horat. 1. carminum, Quæcunque aut gelido prominet Algido. Pomponius de origine iuris. l. neceſſariū, Virgineus,inquit,rece͂s a cęde,made͂ſq; adhuc filię cruore, ad cōmilitones confugis, qui vniuerſi de Algido monte,vbi tūc belli gerendi cauſa legiones erant, relictis ducibus ꝑtinus ſigna in Auētinū mōtem trāſtulerūt. Atq Algidū,vt diximus,oppidum fuit,in cuius agro eo tempore Romanorū exercitus ab Equis cæſus fuerat. Neq; ab Algido,ſed Auecilio monte tunc exercitus Romam venit, vt author eſt Liuius libro tertio.

Allego

Allego allegis, penultima breui, pro eo qđ est cooptare, hoc est in collegiū adsciscere. componiturq; ex ad & lego gis. Vlp. li. 50. dig. tit. de curionibus. l. generaliter. Allegi, inquit, id est per electionē in ordinem assumi. Allego gas, quod est compositū ex ad & lego gas, penultima longa, est ad aliquē locū mittere. Vnde iuris professores consueuerunt allegare leges, id est, citare testes ad id de quo disputant comprobandū, sed non sine barbarismi vitio, quod pro allego penultima lōga, proferunt allego penultima breui.

Alueus, fluminis est vallis, siue fossa, siue conceptaculum, & locus per quē fluui9 labitur, dū intra ripas notas currit, nam cū euagatur alueū transcendit. Pomponius mela, Ora inquit, Asiæ cum alueo Nili amnis descēdit in pelagus. In hac significatione accipitur in iure, cū sępe alias tū li. 41. ti. de rerū dominio. l. ideo, quæ est Caij. Quod si in toto, īquit, alueo naturali flumē alias fluere cœpit, prior quidē alueus eorū est, qui prope ripam prędia possidēt, & ibidē sępe. Alias alueus est apiū receptaculum, vt in eodem titu. l. naturalē. Antea q̄ apes, inquit, in alueo a nobis concludātur.

Ambitus ab ambitione distat, qđ ambitus in actu est, ambitio vero in aio est habitu ambitione nāq; peccat, qui pręter modū cupit honores, q ambitiosus dicitur. Ambitū vero committit, qui largitionibus magistratū cōsequitur, quę i reb9 sacris simonia in religione Christiana vocatur, dict9 ambitus vt inqt Festus, ab ambitu ædificiorum, qui

patet

patet in latitudinē pedes duos,& semissem in lō gitudinē idē qđ ædificiū lib. 48. dig. tit. est ad legē Iuliā de ambitu. vbi Modestinus. Hęc inquit, lex in vrbe hodie cessat, quia ad curam Principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fa uorem, qui scilicet declaratur per suffragia.

Amphora vas est, sed quātū capiat pauci noue rūt, illi maxime quorū id scire plurimū intererat. Est itaq; spaciū qđ circumscribitur a sex (vt sic dixerim) superficiebus, quarū latera sunt pedalia, anguli vero recti. de qua Priscian9 in libro de pō deribus & mēsuris. Pes longo spacio solido latoq; notetur. Angulus vt par sit, quē claudit linea tri plex. Quatuor ex quadris mediū cigatur inane. Amphora fit, cuius vim ne violare liceret, Sacra uere Ioui Tarpeio in monte Quirites. lib. 35. dig. qui est de legat. 2. Hermoge. in. l. Si quis. Serui ex illo inquit, dolio amphoras decem, & ibidem. Vi num amphorarium. Item libro. 33. titulo de penu legata. Scæuola in l. penum. Sin, inquit, & in hor reis amphoræ an hæc quoq; deberentur. Accursi us vasa tantum esse dicit.

Aminæum vinum ex celeberrimis Campa niæ, de quo Virg. 2. geor. Sunt Amineæ vites fir missima vina, dictum aminæū, vt putat Seruius, quasi sine minio, id est rubore. nā vt ait, albū est. Plinius libro. 34. Principatus inquit datur Ami næis propter firmitatem, senio quoq; proficientē. Idem quoque Falernum & Cæcubū dicitur. Ma crobius in tertio Saturnal. de generibus vuarum.

Aminæum

Aminæa, inquit, a regione dicta, nam Aminæi fuerunt vbi nunc est Falernũ. Quod vero Aminæum Cæcubum & Falernum synonyma sint, testatũ Galenus in sexto Decameridon, in musto inquit, vuarum austerarum, quas vocant Aminæas, easdẽ & Falernas. Idem in libro de vinis. Aminæum quod antiqui Romani nominãt Cæcubum. Idem in libro de Euchymia. Album, inquit, quale est Aminæum, nominant autẽ id antiqui Latini Cæcubum. Proculus li. xxxiii. titu. de vino & tritico legato. l Qui. Aminæũ, inquit, græcum & dulcia omnia.

Amurca est sanies, siue succus ille aqueꝰ atq; niger, qui ex oliua simul cum oleo exprimitur atq; subsidit. nam oliua ex quinque substantijs constat, osse, nucleo, sansa, oleo, amurca. Virgilius primo Georgicorum. Profuit interdum nigra perfundere amurca, quam Seruius interpretatur olei sordes, sed non exponit quas, cum sint duplices. nam, vt dixi, quod subsidit oleo ex oliuarum expressione dicitur Amurca, quod vero post oleum in dolia conditum, quasi secundum purgamentum, Fraces appellantur. Plini. lib. xv. oleum inquit in amurca & fracibus deterius fieri. Adseruabatur autẽ amurca ad multos vsus. Vnde Cato de re rusti. Dolia, inquit, amurcaria decem habeat. Vlpianus lib. 33. dig. ti. de penu legata. l. Cui penũ. Aristo notat etiã quę esui potuiq; non sunt, cõtineri legato, vtputa ea in quibus esse solemus, oleũ forte, garũ, amurca.

 Accursius

Accursius salsamenta esse dicit, sed non quę illa sint exponit. Cū vero in amurca null⁹ cibus, qđ ego legerim, esitari sit consuetum, forte ꝓ amurca legendum est muria.

Anadema simpliciter corona est. Nā diadema ꝓprie regū habetur, dictū anadema ab anadeo, qđ est corono. Lucre. lib. 4. Fluūt anadema ta mitrę. Paul. li. 33 dig. ti. de auro & argēto legato. l. Quāuis. Sicut mitrę inquit & anademata.

Analogistæ dicuntur tutores illi, qui non tenentur reddere rationem tutelæ administratæ, ab ana prępositione, & logos ratio, vt ana tollat rationem. Iulianus lib. xxvi. ti. de administratione tuto. l. Quidam decedens. Eos, inquit, analogistas esse volo, & paulo post testamento comprehensum sit, vt analogistæ essent.

Angaria, penul. lōga, atq; in eodē accentu interpretatur coactio. Vege. lib. 1. de re militari loquēs de tyronibus. In angarijs, inqt, plurimū detinendi sunt, proculq; habendi a ciuitatibus. Idē li. ij. ad vigilias vel angarias faciendas. Accursius in illud codicis Iustiniani. tit. de sacro sanc. ec. nēminē in angarijs vel perangarijs &c. Angarię, inquit, quæ sunt in operis personarū. Perāgariæ in quib⁹ vtrunq; vertitur. s. personarū & rerū impēdia. verbū quoq; angario as, quod interpretatᷣ cogo gis, sicut angaria est coactio. Mat. cap. 27. atq; iterū Luc. 15. Angariauerūt Simonē quēdam Cireneū. Vlpia. lib. 50. dig. tit. de priuilegio veteranorū, naues inquit angariare posse.

Ani

Animaduerto, preter illã significationẽ q̃ habet in promptu, hoc est cõsiderare, significat etiã punire eũ tãtũmodo, qui in alterũ puniẽdi habet potestatem, differtq; constructione, nã dicim⁹ animaduerto te pro cõsidero te. Salust. in Catil. Verius inquit in eos animaduerteretur. Et paulo post. Verberibus animaduertebãt in ciues. Vlpia. lib. 46. dig. ti. de iniurijs. l. Itẽ apud Labeonẽ ait pretor, ne qd insinuãdi causa fiat, si qs aduersus ea fecerit, ꝑut quæq; res erit, animaduertam. Et animaduersio ꝓ punitione. Labolenus. 47. lib. dig. ti. de furtis. l. Meminisse, Extra ordinaria, inquit, animaduersione coercendum.

Ancones vasa sunt cubitalia, quoniam ancon græce, cubitus interpretatur Paulus libro. 33. de fundo instructo. l. tabernæ. Doliaria, inquit, vasa, ancones, calices, trullæ.

Anniculus, inquit Valla, & si formã diminutiui habet, diminutiuũ nõ est, & dicitur tã de rebus animatis, q̃ de inanimatis, quę sunt vni⁹ anni, vt anicul⁹ puer, ãniculus agn⁹, ãniculũ vinũ. Paulus de verborũ significatione. l. anniculus. Anniculus, inquit, amittitur, qui extremo die anni moritur, Et infra. Anniculus, inquit, nõ statim vt natus est, sed trecẽtesima sexagesima quita die incipiente plane non exacta dicitur. Item Aphricanus de legatis tertio. l. cum quæreretur, Agni inquit, qui minores essent anniculis.

Annona proprie dicitur de re frumẽtaria. Sed de alijs quoq; reb⁹ posse dici, author est Ciceroĩ

ſecundo de diuinatione. Annonam, inquit, futuram cariorem in macello. Erat autem præfectꝰ annonæ, de cuiꝰ origine Liuius libro quarto ab vrbe cõdita. Dicta eſt autem annona, propterea quod ſit alimẽtum annuum.

Annua, bima, trima die, id qđ multis in locis apud iuriſcõſultos legitur, quo ſenſu accipi debeat, manifeſtauit Iuriſconſultꝰ de ãnuis legatis l. Si legatũ. Si legatũ inquit, ſit relictũ ãnua bima trima die, forte dena, per ſingulos debẽtur ãnos, licet non fuerit adiectum æquis penſionibus. Ratio autem huius dicendi generis illa nimirũ eſt, quod cũ dies in genere fœminino tempus ſignificet, vt apud Ciceronẽ, longa dies adimit ægritudinem. & illud poetæ. Longa dies homini docuit parere leones. Annuus autẽ ſignificet quod eſt vnius anni, bimus, qđ duorũ annorũ, trimus, quod trium annorũ, erit annua, bima, trima die, idem quod anno, biennio, triennio. Quod Iuriſconſultꝰ quoq; expreſſit in tit. de manumiſſis teſtamẽto. l. Si ita. Si ita ĩquit, ſit ſcriptũ in teſtamẽto. Stichus ſeruus meus hæredi meo mille nũmos annuo, biẽnio, triẽnio, ſi ſoluerit, liber eſto.

Antiades & ſpariſtini, a græcis dicuntur, quæ ſunt latinis tonſillæ, & ſunt imflamationes circa eas parteis, quæ mela. i. poma, a recentioribꝰ vero amigdalæ appellantur. Celſus libro vii. capite .ii. Tonſillas quæ poſt inflamationem induruerunt, Græci antiades appellant. Galenus libro ſexto Decameridon, Hortulanum inquit

quit, ab vulua & antiadibus & parifimijs suffocationem patienté. Idé vero lib. x. de medicina simplici, parifimijs siue faucibus vuluæ & antiadibus. Vlpianus lib. xxi. titu. de edilitio edicto. l. Quæritur. Et si quis habeat antiades, & si antiades sunt quas existimo. i. inueteratas, & quæ iā discuti non possunt, vtrobiq; mendum est. Antiachæ pro antiades. Accursius faucium tumores exponit, nō tamen dicit quos tumores, quod vero subdit vt scrophulæ omnino falsum est, cum scrophulæ sint apud iuniores medicos quæ ab antiquis dicuntur choerades græcis, latinis strumæ.

Antidorum ex greco interpretatur remuneratio siue retributio, ab anti qđ est re & doron, donum, quasi doni redditio. Vlpianus lib. 5. dig. titu. de petitione hæreditatis. l. sed & si. Plane si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt. Locus est in quinto ethicorum Aristotelis libro. hucusque ab expositoribus non enarratus, vbi Leonardo interprete legitur vnde sacra gratiarum sunt, quo in loco Aristoteles de hac remuneratione loquitur.

Antidotū siue antidotus est medicamētū, quo nos contra venenū premunimus, ex eo quod cōtra detur dicta. A. Gellius lib. xvi. huius autē regis antidotus celebratissimæ est, quę mithridaticos vocatur. Serenus. Antidotus vero multis mithridatia fertur Consociata modis, & Plin. lib. 7.

contra venena est præcipuũ antidotũ. Pau. li. 33. dig. ti. de penu legata. l. nõ omne, quo inquit in numero antidotũ nõ est. Itẽ lib. 18. ti. de contrahẽda emptione l. Quod sępe. antidota, inquit, & alia quædã salubria medicamẽta. Vtrobiq; Accursius nihil aliud dicit. quã esse genus medicamẽti, sed non quid illud sit.

Antinomia potest interpretari legũ contrarietas, ab ãti cõtra, & nomos lex, vt in codice Iustiniano, tit. de veteri iure enucleando. l. Deo auctore. Nulla ingt in oibus prædicti codicis mẽbris ãtinomia. Sic eni a vetustate gręco vocabulo nũcupat. Et paulo post. Per suũ viciũ ãtinomias idu (xerũt.

Antonin⁹ & Seuerus quoties in libris digestio. legitur, mẽdũ est insigne, p eo qd' esse debuit, Antonin⁹ & Ver⁹, tũ ex codicib⁹ illis vetustis Florẽtinorũ, tũ etiã ex ipsa tẽporũ histo (ria.

Apocha dictio gręca est, interpretaturq; receptio, nã tũc illã creditor dat debitori, cũ ab illo pecunias numeratas, aut rẽ quã illi debebat recepit. Vlpi. lib. 46. dig. de acceptill. l. Si acceptillatũ. Intra acceptillationẽ iqt & apochã, hoc interest, qd' acceptillatione oĩmoda liberatio contingit, licet pecunia soluta nõ sit. Apocha nõ alias quã si pecunia soluta sit. Itẽ de die instrumẽ. l. Plures apochis. atq; i eodẽ tit. est de apochis.

Apolides græce dicuntur, qui extorres siue exules sunt, dicti vel ab apoleo, quod est deperdo, siue ab a particula priuatiua, & polis, quod interpretatur ciuitas, vt Martianus scribit libro

48.dig. de pœnis. Quidã, inquit, apolides sunt, i. sine ciuitate. Vlpia. quoq; de legatis. 3. l. prima. Nec testamenti, inquit, faciendi ius habent, cum sint apolides.

Apostoli orũ, ex græco interpretantur dimissoriæ litteræ, ab apostello, quod est remitto. Vnde est apostole, es, quod remissio. T. Liui. Apostolos inquit, fregit in senatu. Titulus est apud Iuriscons. de libellis dimissorijs, qui dicuntur apostoli. lib. 50. dig. Modestinus quoq; de verborũ signific. l. Dimissoriæ, Dimissoriæ inquit literæ dicuntur, quæ vulgo apostoli.

Apparitores dicũtur, qui apparent, & præsto sunt, obsequũturq; magistratib9. Virgi. 9. Aene. Quam ipsi cupiant regi apparere Latino. Gell. lib. 1. Posteaq̃ lictor, qui sibi apparebat, intellexit. Ci. lib. 3. de legibus. Leges ĩquit sunt, quas apparitores nostri volunt. Hiero. ad Saluinam Nihil nocuit militanti paludamentũ & baltheus, & apparitorũ caterua. Vlpia. lib. 21. tit. de euictionib9. l. Si pignora, Si pignora, ĩqt, vęneăt p apparito-

Appẽdicius, a, ũ, dicitur qđ ab alio pen (res det. Hieronymus ad Furiam. Pudicitia sine comitibus & appendicijs suis continentia & parcitate. Vlpianus li. 29. dig. de acquirẽda hęreditate. l. Si quis. Sũt ĩquit. appẽdicię pręcedẽtis institutionis.

Aquiminariũ vas est, qđ q̃quo versum fundit aquas, vnde a gręcis ex Herodoto, interpte Val. perirhãterion dicitur, a peri circũ, & rantizo spargo, siue irroro, Pomponius li. 33. de auro &c. l.

Et si

Et si de aquiminario dubitatum est,& puto cō/
tineri,nam & hoc propter esculenta paratur. Et
eodem tit.l. In argento. De aquiminario inquit
Cassius,se consultum respondisse. Item de supel
lectili legata.l.Id est,aquiminarij sępe meminit.

Arcarius is dicitur,qui pecuniam publicā ad/
seruat.Hieronym.9in calce epistolæ ad Ro. pro
eo quod in græco est œconomus ipse arcarius
interpretatus est. Salutat inquit, vos Erastus ar
carius ciuitatis.Scæuola lib.xl.digesto in titu.de
fidei commissarijs liber.l.thais. Stichū,inquit,r
tionibus redditis manumitti volo.stichus arcari
us probāt e domino nomina fecit.In codice quo
que Iustiniano titulus est de susceptoribus & pr̨
positis & arcarijs,potest igitur arcarius esse pub/
lice & priuatim.

Archiatros ex græco interpretatur princeps
medicorū,dictus ab archos quod est princeps,&
iatros medicus.Aug.lib 3. de ciuita. dei. Vbi se
inquit Aesculapius excusabit,quod archiatrum
se non obstetricem profitebatur.Hieron.ad Eua
grium,ne fieret ait aliqua plaga, quæ scientiam
nostri lateret archiatri.Iulius quoq; Firmicus li.
ii.matheseon.Mercurius in iii. ab horoscopo lo/
co cōstitutus facit archiatros.In codice Iustinia
no.ti.de professoribus & medicis lib. x. medicos
inquit & maxime archiatros,vel ex archiatris.&
infra.l. archiatri.archiatri(inquit)scientes annū/
aria sibi commoda.

Archigeron interpretatur princeps seniorum,
quoniam

quoniā gerontos græce est senior siue senex. In codice Iustiniano.ti.de episcopali audientia.l.archigerontes.archigerōtes,inquit,& diœcetæ. Accursius,quod mirum sit,archigerontes archipresbyteros iterpretat̄ recte,quod presbyteros æque senior interpretatur,vt idem sit archigeron,quod archipresbyter.

Archigubernius interpretatur gubernatorū princeps,siue classis præfectus,compositū nomē ex græco & latino,quod perquā rarū est,aliquādo fieri solet,vt Quintilian⁹ lib.primo ostendit. Iabolenus lib.36.dig.tit.ad senatusconsultū trebellianum.l.Eius,Saturnius inquit,archigubernius ex classe Britannica.

Archimandrita interpretat̄ agminis siue gregis princeps. mādra nāq; multa significat apud græcos,speluncā interpretatur frater Ioannes Carmelitanus.Iuuenalis mādrā posuit ꝓ mulione,cū in.3.Saty.scripsit,Stantis conuitia mādræ.Martialis pro ipsa mulorū cōcatenatiōe,dicens.Vixque datur longas mulorū vincere mandras.atq; idem aliubi ꝓ calculo in ludo,quē vocat vulg⁹ scacorum.his verbis.Sic vincas nouiūq; publiūq; Mādris & vitreo latrone clusos.In codice tamē Iustiniano lib.1.ꝓ pōtifice accipitur. Reuerēdissimi inquit archimādritæ.Idē col.prima de monachis.deo inquit amabiles episcopi & archimādritæ,vtrobiq; pro pastore.

Archimim⁹ interpretatur priceps mimorū. Sunt aūt Mimi poemata lasciuiētia in turpitudinem

nē, de quibus scripsit Oui. Scribere si fas est imitātes turpia mimos. & Martialis, Mimos ridiculi Philistrionis. Mimus vero, autore Diomede, dict⁹ est, quod omnia solus imitetur, a verbo gręco mimeonæ, qđ interpretať imitor. nā cū alia poemata idē faciant, hic tamen peculiari quodā modo: Iulianus lib. 38. de operis. lib. l. patronus. nam si quis inquit archimimū vel pantomimum.

Architectus interpretatur princeps fabrorū. nam tecton est faber, lignari⁹ maxime, sed architecti negociū ad plura se extendit. Vitruuius li. 1. de architectonica. Architecti inquit, scientia est pluribus disciplinis & varijs eruditionibus ornata, cuius iudicio probātur oīa, quæ a cęteris artibus proficiscuntur opera, ea nascitur ex fabrica & ratiocinatione. Hinc Paulus apostol⁹ trāslatione vtens dixit in epistola quadā. Quasi sapiens architectus fundamētū posui. Callist. li. l. de iure immu. l. qbusdā. Veterinarij iqt architect⁹.

Archiuū interiecta ú, a Latinis dicitur, qđ est gręcis archion, qđ interpretať principiū, & est loc⁹ vbi monumēta literarū publicę adseruāť. Marti. in philologiæ nuptijs, Cloto & Lachesis librariæ superū archiuiq; custodes. Hiero. in plogo Ester librū inquit Ester varijs trāslatorib⁹ cōstat esse viciatū, quē ego de archiuis Hebræorū reuelās verbū e vbo expressius transtuli. Vlpia. li. 48. ti. de pœnis l. moris. Quo loco, iquit, publice instrumēta deponāť archiuo forte, ł grāmatophilació.

Area, inquit Festus Pompeius, loc⁹ est vacuus quasi

quasi exaruerit,& non possit quicqua m genera re,qualis est in qua terũtur messes. Est quoq; in vrbe solũ, siue terræ superficies, in qua nihil est ædificatũ. Florẽtin⁹ de verborũ signi.l.fundi, Locus.inquit,sine ędificio ĩ vrbe,area, in rure, ager.

Arelatẽsis ab eo est,qđ est Arelas,siue Arelate,ciuitas Prouincię Narbonẽsis.nũc est Arles.Pli. li.33 Põpeius Paulini equitis Arelatẽsis fili⁹. Scęuola lib.33 dige.de vsu & vsufructu.l.codicillis. Ad rem pub.inquit Arelatensium pertinere.

Arena plerumq; pro amphiteatro ponitur,ꝗ in loco bestiæ conficiebantur,sic appellatus,ab eo, quod arena in solo spargebatur,quę sanguinem effusum ex vulneribus siue ferarũ siue gladiatorum ebiberet. Iuuenal. Lenonibus atq; lanistis Libertas iurisq; idem contingat arenæ. Vlpianus li.48,dig.titu.de accusatori.l.qui iudicio. Qui cum bestijs inquit,depugnandi causa in arenam intromissi sunt. Hinc & Arenarij dicti, qui operas suas locabant,aut obijciendo se feris, aut congrediendo cum altero gladiatore,cuiusmodi homines infames sunt. Callistratus lib.38. de operis libertorum.l.hæc demum. Neq; arenarius inquit,manumissus &c.

Areseusa nomẽ celebre est fœminarũ in libris di gestorum. In libris recẽtioribus mẽdose legitur Arethusa. Neq; ignoro Arethusam nympham esse,& fontem eiusdem nominis in Sicilia.de vtraq; Virgilius in Buco. & in quarto Geor.lib.Sed qđ ad iuris rationẽ attinet,nihil refert areseusã m dicas,

dicas an arethusam. nos puritatem lectionis defendimus,quod grāmatici propriū est officiū.

Argētarius nō tā argēti opifex est,quā is q pecunias publicas exigit,aut pecunias sub fide publica permutat,qui vulgo Campsoresq; appellātur. Marcellus libro,40. de statu liberis. l. Stichus. Aut argentarię,inquit, mensæ exercitores. Item lib. 2. dig. titu.de edendo.l. prætor. Prætor,ait, argentarię mensę exercitores.

Armentum inquit Varro de lingua latina dictum est quod boues maxime parabātur vt inde eligerent ad arandū.inde armenta dicta postea,tertia litera extrita, pro aramenta. Festus tamen Pompeius armentū id genus pecoris appellat,quod est idoneum ad opus armorum. Pomponius titu.de verborum significati. l. boues. Boues, inquit,armentorum magis quam iumētorum nomine appellantur.

Armillæ,inquit Festus,erant ex auro,quas viri militares ab Imperatoribus donati gerebant, dictę quod antiqui humeros cum brachijs armos vocabant, vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Vlpianus lib.34. dige.de auro & argēto legato.l.argumēto. Inaures inquit & armillę.

Arra ę.siue arrabo onis, proprie illud est qđ datur pro emptionibus confirmandis. Nā quēadmodum Vlpian⁹ ait,sine precio venditio nulla est. Neque precij numeratio,sed cōuentio facit emptionē. Sed vt Cai⁹ iurisconsultus ait,qđ arra pro emptione datur, non eo pertinet, quasi

sine

ſine arra conuentio nihil proficiat,ſed vt euiden tius probari poſſit conueniſſe de precio. Sed cur in ſponſalibus contrahendis ab ſponſo arræ den tur ſpõſæ, vndeq; ea res habeat originem, pauci nouerunt. Cõſuetudo fuit apud maiores noſtros, vt ſponſus & ſponſa inituri fœdus matrimonij ſe inuicem coemerent. facta igitur precij conuen- tione, & ſponſa emebat ſponſum dotis precio. Id quod Plautus expreſſit dicẽs. Imperiũ accepi. do te libertatẽ vendidi: & Iuuenalis. Veniũt an do te ſagittę Libertas emitur. Ecõtrario ſpõſus eme bat ſponſam. Vnde eſt illud Virgilianũ ex pri- mo geor. Teque ſibi generum Tethys emat om nibus vndis. Sed quia vtrumque preciumfuturũ erat in poteſtate viri, accipit ille dotem, qua ęmp tus ęſt ab ſponſa. illa vęro tantum accipit arras, quod eſt quaſi quoddam emptionis ſignum. Ali quando tamen arra pro pignore ſimpliciter acci pitur apud autores.

Artemo onis, trochleæ genus eſt, machina ad ſubleuanda onera, quæ græce dicitur Epagon. Vitruuius li. 10. de architectura. In radice inquit, machinæ collocatur tertia trochlea, eam Græci Epagonta, noſtri artemonem appellant. Lucas in apoſtolica hiſtoria ca. 27. Artemone quaſi gręca dictione vtitur, cum dicit, Et leuato artemone ſecũdũ auræ flatũ, tẽdebãt ad littus. Nã in græco artemona poſuit. ſed fieri poteſt vt a ſermõe lati no acceperit Lucas, cũ pręſerti q cũ Paulo erãt in eã nauigatione Romani eſſent, aut ſaltẽ Roma-

ne loque-

rentur. Quod si artemo dictio latina est, non potest per th aspiratũ legi, id qđ Isodorus putauit, cum nulla dictio latina th, sed neq; vllã aliã consonantẽ aspiratam recipiat. Iabolenus de verborum significatione. l. malum. Malum nauis esse partem, artemonem non esse, Labeo ait.

Assessores dicuntur qui assident iudici, nõ vt iudices, sed vt approbaturi iudicis sentẽtiã. quomodo Saluator noster discipulis dicit, Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecĩ tribus Israel. Iulius Firmicus libro 2. matheseon. Mars, inquit, assessores maximos iudicũ facit. Paulus lib. 1. dige. titu. de officio assessoris. l. omne officium assessorum, quo viri studiosi partibus suis fungũtur, in ijs causis constat. In codice quoq; Iustiniano titulus est de assessoribus & cancellarijs.

Athleta interpretatur pugil siue certator, qa athlos est certamen, & athlon ipsum certaminis premiũ. res quidẽ honorifica, nõ queadmodũ eorũ qui artẽ ludicrã exercẽt, infamis. Iuuenalis. Lætus athletis & vasa nouissima donat. Vlpian' libro. 27. titulo de excusationibus. Athletę inquit, habent a tutela excusationem. Vlpianus lib. 1. dige. tit. de ijs qui nota. l. athletas. Athletas autẽ artem ludicram non facere.

Atrienses siue atriarius, seruus est, qui alijs seruis a domino præponitur, dict' quod atrio, hoc est, primæ domus parti, vbi apud antiquos diuitiæ adseruabãtur, custos adhibebatur, de cuiusmodi

modi seruo. Virg. intellexit cũ in Aeneid. dixit. Fidusq; ad limina custos. Et qualis est aut fingit Plautinus ille Saureas atriensis, qui sit quasi œconomus, siue villicus. Plinius Cæcilius ĩ epistolis. Sumptus atriensiũ, topiariorũ & fabrorũ. Seneca quoq; in epistolis. Sed habet villicus, atriẽsis colonus. Vlpianus lib. 33. tit. de fundo instructo. l. instrumẽta. Si villa inquit cultior est, veluti atriẽses & scoparij. Item de verborum signi. l. in lege. Verũ ait dispẽsatores, insularij, villici, atriẽses. Accursius atriensis interpretatur, qui purgant atrium.

Attellanus a um. ab Attella vrbe Campaniȩ, de qua Sillius lib. 11. Punicorũ, Iãq; Attella suas, Iamq; & Calatia adegit. Inde Attellani ludi, & Attellanȩ comœdiȩ. Iuuenalis. Vrbicus ex odio risũ mouet attellanæ Gestibus autonoes. Scæuola tit. delegatis tertio. l. Patronus. Fundũ inquit, in regione Attellana legauit.

Autorare aliquẽ, est illũ sibi obnoxiũ facere atq; obligare, quoniã autores dicũtur, q habẽt potestatẽ aliquid faciendi, & sine quorũ autoritate nõ potest aliqd fieri. Vnde tutores dicũtur autores pupillorũ, & milites dicũtur autorari a duce siue prȩfecto exercit⁹, id est, obligari, in illorũ verba iurãtes. Vnde titulus est apud iurisconsultos De legendo vel autorando milite. & inde Autoramẽtũ ꝓ ipsa obligatione. Vnde Seneca dicit, Nullũ sine autoramẽto malũ est. Et Cic. in 1. offi. Est enim illis ipsa merces autoramẽtũ seruitutis.

Vlpi

Vlpia.lib.26.tit.de autori.& con.tu.l.Et ſi pluri-bus. Si tutor,inquit,autoretur cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit,pro obligetur. Inde componitur Exautorare,pro eo quod eſt ab obligatione ſoluere.lege in verbo exautorare.

Aurum coronarium dicebatur,quod erat coronis faciendis aptiſſimum,& quantũ poſſumus coniectura aſſequi,eſt illud quod ex inſulis Indorum nuper repertis aduehitur, non quodcunq;, ſed quod vulgo dicitur Guanin, neq; enim eſt eiuſdem ſpeciei cum auro communi, quoniam igni purgatũ, non pertingit gradum vigeſimũ. In ſacris literis hoc genus auri Cethim dicitur,& inde Cether dicta eſt corona auri. Huius generis auri meminit Iuſtinian9 ĩ ſuo codice,tit.de Iudeis,l.Iudæorum. Quam formam inquit,patriarchæ quondã coronarii auri nomine poſtulabãt. Itẽ lib.10.de auro coronario lege vnica. Ad collationem,inquit auri coronarii placuit neminem abſq; conſuetudine eſſe cogẽdum. Sed cur illud auri genus deſtinaretur coronis,illam puto fuiſſe cauſam,quod ſplendore quodã peculiari fulget.

B

BAluca aurum eſt nondũ purgatum, neq; adhuc in maſſam redactũ. Græce chryſamos dictum,quaſi ab eo quod ſit aurũ imperfectũ. Neq; eſt verbũ latinũ, quod Acurſius putauit,ſed Hiſpanum,ſcribit Plinius lib.33.

Nat.

Nat. hist. Hispani inquit, aurum quod minutū est, balucam vocant. Iustinianus libro. 11. in tit. qui est de metallarijs, Octonos, inquit, scrupulos in baluca. Et infra. l. ob metallū. Quatuordecim inquit, vncias ī baluca. Cuiꝰ legis sensus hic est, quod si metallarij conduxerūt a principe aurifodinā aliquot auri libris, puta centū, id debere esse purgatū, quod soluēdū est. Quod si voluerint soluere in baluca, debere pēdere pro singulis libris quatuor decias vncias, hoc est, ꝓ intertrimēto & spurcitia duas vltra duodecim. Est operęprecijū audire somniātē Accursiū. Baluca inquit, vas lucens, quasi in eo vase aurei illi vectigales principi deferrentur. Sed quia hęc interpretatio sibi nō placebat, adiecit aliam nō minus ridiculam. Vel baluca, inquit, quasi baiulans lucem, hoc est, auri splendorem. Dic mihi o Accursi, hoc est de quo tu gloriaris, accurrere vel succurrere legibus, an potius ea quæ dilucide a legislatore dicuntur, tenebris inuoluere?

Bannum a recentioribus dicitur illa species exilij, quæ ab antiquis dicebatur proscriptio. Encartados huiusmodi exules Hispani appellāt. Itali banitos, ij sunt de quibus in iure ciuili & apud autores Latinos dicitur, quod carent iure togæ, quibus aqua & igni interdictum est. Codice de episcopis & clericis in noua constitutione Frederici, Banno inquit imperiali subiacent.

Bapheus interpretatur tinctor, & baphe tin-

ctura, vtrumq; ductū a bapto, quod est tinguo, si ue colore inficio. Seruius in illud Vir. libro. 4. Geor. Hyali saturo fucata colore, iuxta Tarentū, inquit, sunt Baphia, vbi tingitur lana. Iustinianus libro 11. codicis, tit. de murilegulis. l. baphei, inquit, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynecij confectæ corrumpuntur. Idē in tit. de vestibus holoberis. l. purpuræ, Ad baphia inquit Phœnices.

Bastagarij siue bastazontes dicuntur baiuli & corbulones, qui ferunt onera humeris, dicti a bastazo verbo græco, quod est porto as, latine. Iustinianus libro. 11. codicis, tit. de muri legulis & bastagarijs, Quod ad præsens, inquit, remedium pertinet, quintum animal bastigarijs pro reparatione præbeatur. Accursius nihilo plus succurrit quā solitus est, Sunt inquit, bastagarij, qui cogūt rusticos ad hoc, vel sunt becharij de domo principis. Becharios Itali vocant lanios siue laniones, sed diuinat, vt solitus est alijs in locis.

Berytos ciuitas est Syriæ Phœnices, prope Tyrum & Sidona, patria Vlpiani iurisconsulti. Plinius lib. 5. Berytos, inquit, colonia, quę fœlix Iulia appellatur. Scæuola libro. 45. dig. ti. dę verborum obligatione, l, qui Romæ. In prouincia inquit, Syria in ciuitate Beryto, Paulus quoq; in tit. de censib. Berytos inquit, ī Phœnicia. Hinc berytius a ū. Vnde Plinio vina berytia celebrātur, le, statim biblij.

Bi-

Biblius a um, a biblo oppido quoq; Phoeni
es, de quo Strabo, Plinius, Mela. Est & in eadem
rouincia Palębiblos, id est antiqua biblos. Bibli
rum meminit Iezechiel propheta, ca. 26. &. 27.
ustinianus libro 10. codicis, titu. qui est de muni/
pibus & origenariis. Cum te Biblium origine,
colam autem Berytium esse proponas. vtraq;
nim. Syriæ Phœnices est ciuitas, & altera alteri
nitima est.

Bibliotheca locus est, vbi reponuntur libri. nã
iblos interpretatur liber, theca repositoriũ, quẽ
dmodum Dactylotheca, vbi reponuntur annu
, Oporotheca, vbi fructus arborum, Pinacothe
, vbi tabulę. Vlpianus libro 31. dig. qui est de
gatis tertius, l. librorum. Libris, inquit, legatis
ibliothecas non contineri.

Bidens tis, genus est instrumenti fossorij, dictũ
x eo, q duos habeat dẽtes, quemadmodũ rastri,
habent plures. Iuuenalis. Viue bidẽtis amans,
culti villicus horti. Vlpianus libro trigesimo
rtio dige. l. instrumenta. Ligones, inquit, sarcu
, falces putatoriæ, bidentes.

Bini æ, a, nomen est numerale distributiuum,
ue diuiduum, hoc est, quod significat tot res illa
im quæ diuiduntur singulis competere, vt si
ixeris. bini argentei sunt viritim distribuendi,
t-Iligimus quod singulis viris competunt duo
rgentei. Poetæ abutuntur hac significatione, ac
pientes bina pro duobus simpliciter. Virg. pri.

Aeneid. Bin a manu lato crispans hastilia ferro. Idem in 8. Frenaq; bina meus quae nunc habet aurea Pallas. Accursius huiusmodi nomina in bis tantum interpretatur, vt bina pro quatuor, quina pro decẽ, dena pro viginti, contra mentẽ legis latoris, magnoq; sensus detrimento, Lege in dictione deni. Est alia significatio huiusmodi nominũ cũ iũgũtur nominibus pluraliter declinatis, vt si dicas, binas literas tuas accepi itelligo qđ accepi duas epistolas, sed binas dixi, qa literę literarũ p̃ epistola caret numero singulari. Hinc est qđ M. T. reprehendit filiũ Ciceronem, quia scripserat se accepisse duas literas, cũ debuisset dicere binas. nam dicendo duas, significabat quod duo tantum elementa accepit, puta a, b, Neratius lib. 39. titu. de damno infecto. l. quod Cornelius. Binarum, inquit, aedium. & in alia lege de seruitutib9 vrbanorum praediorum, cuius initium est, Binas aedes habeo, alteras tibi lego, vtrobiq; significat duas domos. Nam aedes pluraliter declinatum (vt diximus in dictione aedicula) domũ priuatam significat. Quod si dixisset duas aedes, intelligendum esset quod habebat duo tẽpla, quãdoquidem ędes templum significat in vtroq; numero, aut quemadmodum Accursius interpretari consueuit in bis tantum, quatuor templa.

Bissextus appellatur dies ille intercalaris, qui in quarto quoq; anno interponitur, mẽse Februario, die sexto calendas Martias, vnde bissextus

dici

icitur,quod bis numeramus sexto calẽdas Mar
j.Sed vt alterum ab altero distinguatur, in pri
ri dicendum est sexto calendas Martij die in-
ercalari, in posteriori simpliciter sexto calẽdas
Iartij. Est autem intercalare fere interponere.
Causa vero adijciendi illum diem ea nimirũ fu
,vt cursus solis cum numero dierum congrue-
et,quod fieri non posset,nisi quarto quoq; anno
ies vnus adderetur,qui colligitur ex quadran-
e, hoc est sex horis, quæ ad complendum solis
ursum post trecentos sexaginta quinq; dies su
ersunt,de quo multa apud Macrobium in 1.sa-
ur. Celsus de verborum signifi.l.cum bissextus
&c. vbi Accursius multa delirat.

Bissicus a um, siue Bissinus a um, est res ex biss
materia constans. Est autem bissus genus lini
andidissimi circa Elidem Achaiæ nascens,neq;
squam fere alibi,quẽadmodũ Carbasus in His-
ania iuxta Tarraconem,de vtroq; Plin. est au-
tor lib.19.natura.historiæ. Bissi meminerunt sa
ræ literæ in vtroq; testamento. Martianus lib.39
i.de publicanis.le.finali. Xylocinamomũ,opus
issinũ,vbi pro bissieo mendose bussicũ legitur.

Bombycinus a um,quod est a bombyce. Est
utẽ Bombyx vermiculus ex cuius capillomen-
o depectitur quod vulgo dicit sirgo siue seda.
Nã Sericum longe aliud est,quã quod putat vul
gus incertus loquẽdi artifex,de quo inverbo Se
icũ,Sunt igitur vestes bombycinæ,quas ignari
ha-

harum rerum vocant sericeas. Iuuenal. Hę sunt quę tenui sudant in cyclade, quarũ Delicias & pa niculus bombycinus vrit. Vlpia. lib. 33. tit. de auro & argẽto leg. l. vestis. Vestimentorum, inquit, sunt oĩa lanea linea'ue, serica vel bombycina.

Bona orũ, inquit Festus, dicuntur substãtia rerũ, sic dicta, quod viris bonis digna sunt. Sed aliter vulgus accipit bona, aliter sapiẽtes. Vulgus nãq; imperitũ ea tantũ appellat bona, quæ sunt fortunæ subiecta, cũ illa infimũ gradũ in genere bonorũ obtineãt, imo vero secundũ Stoicos neq; omnino sint bona simpliciter, cætera vero bona cũ additamẽto, aut bona vtilia, aut bona iucunda. Iurisconsulti tamen quia cum vulgo & ad vulgum loquuntur, bona vocant patrimonium & censum cuiusq;, vt Vlpianus ti. de verborum significatione. l. bonorum appellatione &c.

Bractearius est ille, qui secat aurũ in tenuissimas laminas, quæ dicũt bracteę, vt apud Virg. lib. 6. Aenei. Tenui crepitabat bractea vẽto. Inde bractearius. dictus Iulius Firmicus lib. 3. matheseos. Venus, inquit, aurifices, inauratores, bractearios, & argẽtarios facit. Iustini. lib. 11. cod. l. prima. Artifices, inquit, barctearij. Accursi. Pẽtaburgos interpretatur. i. qui faciunt quędã volubilia circa frænos, sed in qua lingua dicãtur huiusmodi artifices pẽtaburgi, ego fateor me ignorare, quẽadmodũ possum per sancta iurare, Accursiũ oĩno nõ intellexisse, qui bractearij noĩe significaretur.

Brepho

Brephotrophiũ, locus est, vbi infantes expositi publice aluntur, nam brephos interpretatur infans, & trophe alimentũ. sic Orphanotrophium dicitur, vbi aluntur orphani, & Ichthiotrophiũ, vbi pisces. Peristerotrophium vbi colũbæ Iustinianus in codice titu. de sacrosanctis ecclesiis l. II lud. vbi mendose b:phtrophiũ legitur, expuncta secũda litera. Itẽ & iterũ. l. sancimus. atq; iterũ l. vt inter, habetq; accentũ in penultima.

Bubulcus est custos boum. aut qui bobus vtitur. Ouid, quarto de põto. Per medias Istri plaustra bubulcus aquas. Cato de re rustica. Bubulcũ vnum habeat, asinariũ vnu m. Paulus lib. 32. digesto. de fundo instru. l. cum de lanionis. De bubulco, inquit, siue de eo qui ibi bobus arat. Inde bubulonicus a um, res ad bubulcum pertinens, vt in eodẽ titu. le. Sed & stragulas, vestes, & bubulonicas, quæ equis insterni solent.

Buccinũ, genus conchyliorũ est, ex quibus purpureus color inducitur, nã purpuræ anumerãtur murices. Buccina quæ a græcis dicũt Cerices, & quæ proprio nomine dicũtur purpuræ. Vlpianus lib. 32. qui est de legatis tertius. l. si cui. purpuræ appellatiõe õis generis purpurã cõtineri puto, sed coccũ nõ cõtinebit. Buccinũ autẽ & Ianthinũ cõtinebitur Accursius coloris genus dicit.

Buprestis, vt scribit Plini. bestiola est rara in Italia, simillima scarabeo longipedi. Idem libro 23. Pollet, inquit, contra Cantharides Buprestim, et Pityo

& Pityocampas. Apud Marcellum. 48. digesto, l. ei usdem, vbi pro bupresti & pityocampis mendose legitur Bubostris & pituocampas. Siquidem buprestis, dicitur quasi bouis prester, id est, serpēs. nam subit nares boum, atq; ita enecat illos.

Burdo, partus est ex equo & asina, sicut è diuerso mulus ex asino & equa: Hispani burdiegalos appellant. In quarto regum libro cap. quinto Hieronymo interprete. Obsecro, inquit, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra, hos Græci Ginnos vocant. Theodorus gazes ex Aristotele in libro de animalibus Inos iterpretatur. Vlpianus lib. 32. dige. qui est de legatis tertius. l. Item legato vel lectica vel burdones.

Caballus ab equo eo distat, qd' caballus fere nunq̄ sine derisione dicitur, atq; ideo Satyrici poetæ, qui dum risum excutiant nemini parcunt, caballo potius q̄ equo vtuntur. Lucilius apud Nonium Marcellū. Succussatori tetri tardiq; caballi. & Horatius Saturciano circūuectare caballo. Equus vero non dicitur, nisi de apto, & qualē Virg. 3. Geor. describit dicēs: Cui ardua ceruix, Argutūq; caput, breuis aluus, obesaq; terga, Luxuriatq; thoris animosū pectus, &c. Pomponius lib. 33. tit. de fundo ĩstructo. l. si ita. Caballos, ĩquit, q ĩ pistrinis essēt. Nā pistrinis non delegāt nisi mali, & de qb⁹ Iuue. dixit. Dominos pēījs mutare iubēt Exiguis, tritoq; trahūt epirhedia collo

diacollo Segnipedes dignicꝫ molā versare nepo
tis. HcsHispani rocines, illos cauallos appellāt.

Cacabus olla grandior est, siue illa sit ex argilla, siue ex stanno, siue ex argento, vel alia qua cunqꝫ metallica materia. Columella lib. 13. de re rustica. In cacabo figlino nouo coquitur vel stā neo musti arbustiui amingi vrna. Ecclesiast. 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? quādo enim se colliserint, confringentur, quasi cacabus sit ex metalli tantum materia, & olla ex creta duntaxat figlina. Pomponius lib. trisesimo quarto. titulo de auro & argento legato .l. & si. Certe inquit si cacabos argēteos habebat vel miliariū argenteū, id est, vas ad coquēdū miliū.

Caducū, ex lege Papia, legatum erat relictū sub conditione, qua deficiente vel viuo vel mortuo testatore cadebat, & redibat, vel ad testatorem viuum, vel ad substitutum eo mortuo. vnde titulus est in codice iustiniano, de tollendis caducis. Iuuena. Legatum omne capis nec non & dulce caducum; Commoda præterea iunguntur multa caducis.

Cæduus a ū, a cædēdo, id est scindendo dicit, vnde sylua cædua dicta, quod illius arbores licitum est scindere, siue lignorū siue materię causa. Nam sylua nunquam dicitur nisi de arboribus. Pli. Cęlius in epistolis. Cæduæ, inqt, siluę cū mōte ipso descēdunt. Cato de re rustica, Silua, inqt, cędua &c. Papiniā. 24. dig. ti. Soluto matrimonio

nio.l.diuortio.Si arbores igt cęduę fuerũt,vel ger minales.Itẽ de verbo.signifi.l.Silua cædua.

Cæmentũ dicitur a cædendo, nec est qđ vulgus putat,ędificij fundamẽtũ,sed sunt lapides,vt ait Nonius,quibus ædificia cõsurgunt,citatq; Sisennã in.4.historiarũ.Formidine inquit,oppressis quod humilẽ cæmentis instructũ oppidi murum sciebat. Vitruui⁹ lib.1.Saxa quadrata, siue silex, siue cæmentũ,siue coctus later.Vlpia.li.41.ti.de riuis.l.Seruius.Si riuum cæmẽticiũ velit facere, audiendũ esse,hic ꝑ lapidibus quadratis posuit.

Caius iuriscõsultus fuit, pace aliorũ dixerim, peritissimus oĩm.Eius consulta cõsultissima citãtur quãsæpissime in libris prandectarũ,sed in illis Florẽtinis semp per C.Caius,in recẽtiorib⁹ vero per G.Gaius.Causa vero erroris ab eo est orta,ꝙ Seruius grãmaticus scribit in 1.Geog.Vir. lib tria esse nomina quæ scribũtur per C. proferri debent p g.Cneius.Caius,Amurca.de Amurca superius dictũ est in suo loco. de Caio per C debere scribi Q uintili.est autor lib.1.ora. insti.

Calata,comitia dicebãtur, autore Gellio,quæ pro collegio põtificũ haberi solebant aut regis, aut flaminũ inaugurãdorũ causa. Ea autẽ in duo genera diuidebãtur,curiata videlicet,& cẽturiata,de quibus Dionysius Halicarnasseus,& Liui⁹ in pri. ab vrbe con.scripserunt. Comitia vero calata dicebãtur ex eo,qđ populus vocatus i vnũ locum ad ferenda suffragia conueniebat. Ca

lo enim

o enim est vocare. Comitia præterea a coeūdo, hoc est, cōuenieñdo dicta sunt, Iustinian⁹ li.2. insti tutionū tit. de testamētis ordinādis. Testamētorū inquit, duo genera in vsu fuerunt, quorum altero in pace & ocio vtebātur, qđ calatis comitiis ap= pellabāt. i. ad cuius solēnitatē requirebatur popu li vocati consensus. de reliquo lege ibidem.

Calcaria est fornax, vbi calx ex coctis lapidib⁹ cōficitur. Vnde Pli. in histo. natu. scribit, oliuas ci nere ex calcariis lætari. Imperator in tit. de pœ= nis. l. aut dānū, p ro fodina posuit lapidū, ex quib⁹ igni resolutis calx ipsa cōiicitur, nā de dānatis ad metallū loquitur, sunt autē lapides in genere me talli. Nam quod Accursius dicit calcariā esse op⁹ calcandi terrā, etiam pueri qui nondū sete lauā tur, intelligunt esse perinane.

Calculator pprie dicitur, qui per lapillos ru= sticorū more cōputat, nā calculus est lapill⁹. vnde calculare per lapillorū signa cōputare. Martial. Nec calculator inquit, aut notarius velox. eosdē appellamus & calcularios. Modesti. li. 27. dige. de excusationibus. l. spadonū. Neq; calcularios, igr, quos vulgo ratiocinarios dicimus.

Calēdariū, liber erat rationū, nō quarūcūq;, sed earū tātū, quę ad fœnus ptinebāt, & in quo debito rū nōia scribebātur. dictū calēdariū, qa primo cu iusq; mēsis die, hoc est calēdis, pecuniæ dabātur fœnori, & exigebātur cū vsura. Oui. Si puteal la niiq; times celeresq; calēdas, celeres dixit qa debi

toribus cito

cito redire videtur terminus debiti soluẽdi. Horatius. Qui nisi cum misero tristes venere calẽdę. tristes autem ab effectu vocauit, quæ debitorem faciunt tristẽ. Idem quoque in Epodo de Alphio fœneratore. Omnẽ redegit idibus pecuniam, quærit calendis ponere. s. ad vsuram. Seneca libro primo de beneficijs. Nemo beneficia in calendario scribit, id est, in libro fœneraticiarum rationum, vt inde sortem cum vsura recipiat. Idẽ in quinto eiusdem. Quid fœnus & calendariũ & vsura, nisi humanę cupiditatis extra naturã quæsita noĩa? Atq; adhuc in epistolis. Forũ cõterit, calendariũ versat, fit ex domino procurator. Scæuola li. 33. dig. tit. de fundo instructo. le. nepo. Legauerat, inqt, prędia vt structa sunt cũ vino, grano calendario. Itẽ Aphricanus de legatis tertio. l. qui filium. Certa prędia nepoti per fidei cõmissum dederat, excepto calendario. Atq; ibidẽ le. nomẽ. Nomina, inquit, ex calẽdario quę elegerit. Accursius nomina debitorũ calendariũ interpretatur, vere quidẽ, nõ sufficienter, neq; enĩ quodcunq; debitum venit appellatione calẽdarij, sed tantum quod ex fœneratione conflatur.

Caligatus miles dicebatur, qui erat manipularis. Manipulus autem exercitus. Varro de lingua latina appellat minimas manus, quæ vnum sequuntur signum. ex manipulis autem cohors componitur. Caligatus autem dicitur a caliga, hoc est, tibiali siue ocrea, quod erat crurũ

armatu

armatura,de qua Tranquillus in vita Caij Cæsaris. Caligula inquit,cognominatꝰ est,quia manipulari habitu est inter milites educatꝰ. De milite igitur caligato,hoc est,manipulari siue infimę conditionis dixit Iuuena. Cū duo crura habeas offendere tot caligatos. Quintilia. in declamationibus. Parere caligatum tribuno lex iubet. & paulo post. Cōmendē tibi ordinem caligati militis. Vlpianus in titulo de ijs qui notantur infamia. Ait inquit Prætor,qui ab exercitu dimissus erit,dimissum accipere debemus militem caligatū,vel si quis alius vsq; ad centurionē vel pręfectū cohortis,vel alæ,siue legionis. Itē de custodia & ex hi. re. l. de militibus,& de re militari. l. omne delictum.

Camelasia,siue camelaria, est curatio camelorum,cui publice & ad vsus publicos alebantur. & Camelarij ipsorum camelorū curatores, quorum duo sunt genera, alterū bactrianum, quod vnum tantum habet tuber,alterū arabicum, qđ duo tubera in dorso habet,eosdem & Dromedarios ob velocitatem cursus vocant. Arcadius li. 50. tit. de muneribus. l. munerum, Camelasia,inquit,personale munus est. Et ibidē de camelario.

Canabis herba est & materia netilis,ex qua nō modo texta fiunt,sed etiam funes torqnētur. Vnde Persi. Tibi torto canabe fulto Cœna sit in transtro. Vlpianus lib. 14. de exercitoria actione, l. 1. Prępositus inquit est legumini & canabi.

Can

Cancelli sunt ligna inter se modicis interualis in transuersum cõnexa, quibus tribunalia, scænę, & fenestræ muniri cõsueuerunt. Cic. in Verrẽ. Circũdari cãcellis vidẽtur in sua prouincia. Idẽ. 1. de oratore, Forensibus cãcellis circũscriptã sentẽtiã. vtrunq; per translationẽ. Sed proprie Sidoni9 lib. 1. de turba satellitũ Theodorici regis, Exclusa inqt, velis, inclusa cancellis. Cãticorũ ca. 2. Hiero. interprete, Respiciẽs, inquit, per fenestras, prospiciẽs per cãcellos. i. per foramina cãcellorũ. Huiusmodi quoq; fenestræ Clatratę dicũtur. Aphricanus lib. 30. qui est de legatis primus. l. cętera. Si cãcelli, inquit, sint, vel vela. Item tit. de fundo instructo. l. quęsitum. Cancellos quoq; instrumẽto contineri puto. & alijs in locis.

Cãcello as, verbũ videtur esse ductũ a cãcellis, in quibus vt trãsuersaria nectuntur ligna, ita cũ scripta expũgẽda sunt, transuerso calamo linię ĩducũtur, quod ꝓprie illinere, siue allinere est, vnde litura. Horat. in arte poetica, Incõptis allinet atrũ Transuerso calamo signũ, ac si dicat, cancellabit. Vlpiã. libro 28. titu. de ijs quę in testamẽto delẽtur. l. cancellauerat quis testamẽtũ vel induxerat, & ibidẽ. l. proxima. si omnem scripturam cãcellasset. Item lib. 22 titulo de probationibus. l. si chirographum cancellatum fuerit.

Cantharis, tharidis, scarabei quędã species oblongioris est, maculas rubras transuersarias habẽs, hispane in Betica mea cubiculas vocãt, alijs in lo-

n locis Abadeos, in quo falluntur tempestatis nostræ medici, pro Cāthāridibus vtentes quibus dā vermiculis ad muscarū similitudinē. Plin. li. 18. est inqt Cātharis dict⁹ scarabeus paruus. Galen⁹ præterea de medicina simplici, cātharidū inqt, siue scarabeorū. Nā Canthar⁹ ē scarabe⁹, cātharis vero scarabei habēs effigiē. Marcellus li. 48. ti. ad legē Corneliā, de sicarijs & veneficis. l. eiusdē. Et ꝙ quis inqt lustramēti causa dederit cātharidas.

Cantharus vas erat, quo vtebātur in sacris Liberi patris, habēs ansas, atq; vt ait Acrō patulū erat. Vir. in Buc. Et grauis attrita pēdebat cantharus ansa. Plin. lib. 33. Cantharis potasse exemplo Liberi patris traditur. Est preterea cāthar⁹ illud aquę cōceptaculū, vnde saliētes erūpūt, quēadmodū apud Aphricanū lib. 30. dig. tit. de legatis 1. l. cętera. Canthari, inquit, per quos aquæ saliunt.

Capitale odiū, capitale supplicium, capitalis morbus, quod caput alterius, id est, vitam petit. Capitalis homo, & capitale crimen, propter qđ caput committentis peti debeat ad pœnā. Fest⁹ Pomp. Capitalis inquit, lucus est, vbi si quid violatum est, capite violatoris expiatur. Cicero de senectute, Nullam capitaliorem pestem, q̄ voluptatē corporis hominib⁹ a natura datā. Paulus libro, 48. de publicis iudicijs. l. publicorum. Capitalia, inquit, iudicia sunt, ex quibus pœna mors, aut exiliū est, hoc est aquę & ignis interdictio, p̄ has enim pœnas eximit caput de ciuitate.

Ca

Capitium est capitis tegmen vt inquit Nonius, citatq; Varronē in 4.li.de vita patrum. In li. tamen de origine linguæ latinæ, ab eo capitium dici putat, quod capit pectus.i. vt aliqui putant, indutum comprehendit. Iob.cap.30. Quasi capitio tunicæ succinxerunt. vbi interpres capitium pro collario videtur accipere. Vlpia.lib.34. de auro & arg.leg.l.vestis. Muliebria īquit, sunt, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonę.

Capitulum a Plin.lib.3.nat hist.est oppidum Italiæ, vnde possessiunm gentile ponitur, capitulensis. Paulus lib.50.dig.tit.de censibus.l. fina. Similes sunt Capitulenses.

Capsarij dicuntur, qui filijs nobiliorū ciuium ad scolas eūtibus, libros deferūt in capsula. Iuue. de seruo capsario. Quē sequitur custos angustæ vernula capsę. Sueto.in Nerone. Constat quosdā cum pędagogis & capsarijs vno prandio pariter necatos. Vlpia.lib.40.tit.de manumissi vin. l.si collactaneus. vbi exprimitur capsarij officiū, id est, qui portat libros. Item de iure immunitatis.l.quibusdam.

Careum genus est aromatis myropolis cognitum, nobis vero incognitum, quippe quod peregrinum sit; Plin.lib.19. Peregrinum inquit, est careum gentis suę nomine appellatum, culinis principale. Galenus ad paternianum, cap.de careo. Vtitur eo quoq; Apitius de re coquinaria. Paulus li.33.dig.ti. de penu legata.l. non omne

ne. Sed ꝙ quidã negauerũt piper ligusticũ careũ, & laser, eiusmodi in penu nõ esse, improbatũ est.

Carrũ siue carrus & carruca, plustra sunt oneraria, hoc est comparata ad ferendũ tantũ onera. Cæsar in. 1. comment. Iumentorũ inquit, & carrorũ ꝙ maximũ numerum coemere. In cõmentario quoq; Hispaniensi. Per viarũ angustias carra complura. Martial. O iucũda Conuinę solitudo carruca magis esse doq; gratũ. Consultus lib. 39. tit. de donationibus. l. si id. Vel grex, ait, vel carrũ, vel carruca. Item Scæuola tit. dormitoria debeat, de auro & arg. leg. l. vxori. An carruca.

Carthaginienses post n literã per i, non carthaginenses i litera dispuncta, vt nunc vulgus loquitur, debere scribi & proferri astipulantur Florentinorũ Pandectæ, in quibus quoties Carthaginiensium fit mentio, sic scribi adnotauit Lodouicus Bononignus, data sibi copia libros illos sæpe legendi. Sed & Priscia. libro 4. de octo part. orat. Si nomina inquit sunt tertiæ declinationis, abijciunt s, extremã genitiui, & assumũt ensis, vt pistor pistoris pistoriensis. Carthago carthaginis carthaginiensis, hoc est sex sillabarũ. Atq; ita in omnib⁹ codicibus vetustis prope semper legitur. Ostẽdit hunc locũ primus oium Laurẽtius Abstemius, atque ab omnibus viris doctis eius inuentio est admissa.

Cassiopa ciuitas & promontoriũ est Epiri, Strabone, Ptolemęo, Plinio, atq; alijs autoribus, Vlpi.

11. libro dig. titulo de exercitoria actione. lege prima. Sunt, inquit, naues quæ a Brundusio, vel a Cassiopa, vel a Durachio vectores traijciunt.

Castellũ ẽ aquę cõceptaculũ, vnde ex aquę du ctu publicitus distribuẽda est p̄ vrbẽ aqua. Festus ab ãtiquis ait, castellũ diuidiculũ fuisse appellatũ, ex eo dictũ, ꝙ inde aquę diuiderẽtur. Apud Plin. Vitruuium, & Frõtinũ, de aquæ ductib⁹. Sæpe ca stellũ ĩ ea significatione legimus. Aphrica. de leg. 1. l. cetera. Si cãcelli, ĩquit, sic vel vela legari potu erũt, nõ fistulę vel castella. Itẽ li. 43. de aqua cotidi ana. l. 1. quid sit, Vlp. satis clare ĩterp̃tat̃. Ex castel lo inquit. i. ex eo receptaculo q̃d aquam publicã suscipit. Castellanos Frontinus quoq; illos appel lat, qui castellorum curam gerunt.

Catadromus interpretatur decursus, nã cata dromeo est decurro, decursio autẽ p̄ catadromũ nõ sine periculo erat, q̃d & iurisconsultus signifi cat lib. 19. dig. de actionibus empti. l. Si seru⁹ tu⁹. Eũ inquit, fuisse seruũ, qui per catadromũ descẽde re, aut in cloacã demitti solitus esset. Sueto. in Ne rone, Notissimus eques Ro. elephãto superscdens per catadromum decucurrit. Q̃d aũt ludicri ge nus catadromus esset, nemo dicit, quod ego sciã, neq; ausim diuinare.

Cauma tis calor siue incendium interpretat̃, cauo enim est calefacio siue incendo. Vlpian⁹ de lega. 1. l. cũm res. Si fundus inquit, caumate pe rierit. Atq; aliubi. Prædia, inquit, quæ caumate

perie-

perierunt. Atq; adhuc alibi. Si caumate alioue casu pars fūdi perierit, qbus i locis casma ꝓ caumate legitur. Chasma namq; per ch aspiratū aliud significat, hoc est cœli hiatū siue recessum. Autores sunt, Aristoteles in Meteorologicis, Plinius in secundo nat, hist, Seneca in primo naturalium quæstionum, Seruius libro 9. Aeneid.

Cauillatio inqt No. Mar. est iocosa calūniatio, & cauillari, iocari. Valla cauillatio inquit, est subdola quędā ratio, quā nos cōscii nobis mendacij, vincendi causa proferimus. Vlpianus tit. de verborum sig. l. natura cauillationis &c. Item de regulis iuris. Ea inquit est natura cauillationis, quam Gręci scomma vocant.

Caupo, dicitur proprie qui vinum vendit. caupona vero est mulier quæ vinū quoq; vendit. Est etiā caupona locus in quo vinū venditur. autor ē Prisci, Apulei⁹ lib. 1. de asino. De qdā iquit amica caupona ilico percontor. Gellius libro 7. Quod in caupona delitesceret, quod ad vesperam ppotaret. Apud iuriscōsultos titulus est lib. 47. dig. furti aduersus nautas caupones, & stabularios, vbi ea propemodum quæ apud Horatiū in primo ser. leguntur.

Causarij dicuntur, q causām habēt ex morbo vt muneribus vacent. Liuius lib. 6. ab vrbe con. Tertius inquit, exercitus ex causarijs & senior b⁹. Seneca libro sexto episto. In animo nostro sunt quasi causarię partes qbus adhibenda curatio est:

Spartianus in Hadriano. Omnes causarios suble uauit. Plinius lib. 35. Causarijs vel latere vel faucibus. Martianus lib. 49. tit. de re militari. l. milites. Causaria inquit missio est, quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit. Modestinus de excusationibus, Propter ægritudinē, inquit, causariam vocatā, causariā remissionem acceperint.

Causor aris, est causam rei gestæ afferre siue excusationem. Quintili. Ne causanti pupillo sic tutor irascatur. Virgi. in buco. Causando nostros ĩ longum ducis amores. Vlpia. lib. 40. tit. de fidei commiss. lib. l. generaliter. Neq; enim causari debere quo minus illi relictū sit.

Cauteriū, ferramentum est chirurgicū ad inurendū vulnera. Est præterea cauteriū instrumentū pictoriū, quo vtuntur in eā pictura, quæ dicitur encaustice, de qua Plin. lib. 35. & Martialis, Encaustꝰ Phaeton tabula tibi pictus in hac est, Quid tibi vis dipyrū qui Phaetonta facis? De eadem quoq; Ouid. dixit. Tabulasq; coloribus vris. Martianꝰ de fundo īstructo. l. pictoris. Peniculi inquit, & cauteria & conchę, vbi mendose pro cauteria, cautheriæ legitur.

Cedere diem, significat incipere deberi pecuniā. Venire diē, significat eum diem venisse, q̄ pecunia peti possit. Ex Vlpiano in tit. qui est de verborum obliga. l. cedere diē. Cedere possessionem vel vsum fructum, vel ius, est alteri possessionem vel vsum vel ius tradere. Ambrosius ad Marcel

lum. Quid sibi profuturū φ iura possessionis cederes. Vir. 11. Aeneid. Cedat ius propriū regi. Idē in tit. de legatis 2. l. & similiter. Si vsum fructū īquit, mortis causa cessero. Et in tit. de acquirenda possess. sæpe.

Cellariū, dicitur locus a reponendis celandisq; esculentis poculentisq; dictus. Apud Columellā de re rusti. caput est q̄ pacto villica tractare debeat cellaria. Iurisconsultus de legatis 3. Cellariū inquit, iunctū eidem dietæ. Cellarius vero est qui cellæ vinariæ præsertim præponitur. Plaut. in captiuis. Sume, posce, prome quiduis, te facio cellarium Vlpi. lib. 33. de fundo instructo. l. quęsitū. Cellariū inquit, id est qui præpositus est vt rationes saluę sint. Et aliubi sæpe.

Cenotaphium interpretatur inane sepulchrū. i. quod sine cadauere in memoriā tantū defuncti constructum est, quale apud Virg. 3. Aeneid. Hectoreū ad tumulū viridi quem cespite inanē. Vlpia. lib. 11. de religiosis &c. l. vel quę. Si cenotaphium, inquit, sit, venire dicendū est. & infra. l. monumentū. Monumentū inquit, memoriæ causa factum, quod gręce cenotaphiū dicitur. & tūc scribitur per e simplicē. Nā per ę diph. significat Cęnotaphiū nouum sepulchrum, quale fuit illud ī q̄ saluator noster fuit sepultus, de quo in euangel. Sed per œ diph. Cœnotaphiū significat cōmune multorū sepulchrū, quod græce polyandron quoque dicitur. Taphos nāq; sepulchrū interpretatur.

Cenos autē sine dipli. vacuus, cœnos per œ dipli, significat commune.

Censeo es, est arbitrari, vnde censores dicti, ad quorū censionē. i. arbitrium censeretur populus, vt scribit Varro de lingua Lat. Festus quoq; cen sores, iqt, dicti sunt q̃d rē suam tanti quisq; ęstima re solitus sit, quanti illi censuerint, Hinc dicuntur Cēsiti, quorū res est æstimata certa quādā summa & per eam in classem suā redacti, qui etiā Opite censi. i. opibus cēsiti dicebātur, & Capitecēsi, qui nullo aut paruo ęre cēsebantur. Autor est Gel. li. 15. ti. est de agricolis censitis & infra. In quib⁹ cau sis coloni capite cēsiti dominos accusare possunt. Pomponius tit. de acquirendo rerū dominio. l. er go. Censitorū inquit, vice fungitur.

Cētōes sunt cilicia ex pilis caprarū, siue pāni crassi ores ex lana diuersorū colorū cōsuti. Plau. i Epidi co. In aliū quęras cui cētones sarcias. Iuuen. Intra uit calidū veteri cētone lupanar. Cato de re rust. Pri⁹ veterē sagā accipito, vnde fiāt cētones. De hu iusmodi rusticis centonibus loquitur cōsult⁹. Vl pia. lib. 33. dig. de fundo instructo. Centones inqt funes perticæ. Accursius Vgutius autoritate, cē tones interpretatur puluinaria. i. opus factum ad modum puluinariū. Quid vero per puluinaria ipse intelligat, ego non video, cum autore Seruio puluinaria sint lectuli qui sterni tēplis consueuē runt: Principium quoq; puluinaria dicuntur, vt apud Iuuenalē, Lupanaris tulit ad puluinar odo

rem

rem, Catullus quoq; de nuptijs Pelei. Puluinar vero diuæ geniale vocatur.

Centurio miles dicebatur qui præerat centū militibus, & cohors illa, cui præerat, appellabatur Centuria. Centurionis insigne vitis erat, siue sarmentum ex vite. Plinius Centurionum, inquit, in manu vitis. Iuuenalis de Mario sub centurione cōstituto. Nodosam post hæc frangebat vertice vitem. Lucanus in 6. de Lelio centurione. Latiam longo gerit ordine vitem. Et Sillius lib 6. Leuinus ab alto Priuerno vitis Latiæ præsignis honore. Et Martialis, Vare Paretonias Latia modo vite per vrbes. De vite quoq; centurionū meminit Iurisconsultus lib. 40. dig. ti. de re militari. l. milites agrū. Si vitem tenuit militiam mutat.

Certamen p ludo in quo est contentio, vbi etiā victori ab agonotheta præmium proponitur. Scæuola tit. de annuis legatis. l. liberto. Certamina inquit, sub nomine ipsius celebrarentur, id est ludi.

Certiorē facere quempiā elegāter dicitur, & nō facere certum. Nam quod Virg. in Aeneid. dixit. Anchisen facio certū, carminis necessitate excusatur, q certiorē in versu nō potuit collocare, quoniā syllaba breuis est inter duas lōgas, quod heroicū carmē reformidat. Vtuntur Iurisconsulti hoc verbo Certioro as. quod apud eos qui pure loquuntur i vsu nō est. Vlpia. lib. 27. dig. de eo q p tutore. l. pri. Sed necessarios, inquit, pupilli nō certiorauit.

Idem quoq; lib. 17. tit. mãdati. l. si fidei iussor. Cũ certiorate, inquit, non fecit. Certifico vero & certificatio nusq̃ quod meminerim legitur, nisi in li. dig. tit. de excusationibus. Honores, inquit, & immunitates certificauit scribens. Item de pignoribꝰ & hypothesis. l. cum tabernam, quę est Scæuolæ lib. 20. dig. Non certificationẽ, inquit, sed suppositionẽ a me accipere.

Ceruisa vel ceruisia vel ceruisum, potio est ex hordeo siue tritico siue ex pane concinnata, & est fere quã sacrę literę ex hebręo sermone interpretantur Siceram, est idẽ quod zithũ. Sicera vero Hierony. ait, est omnis potio quæ potest inebriare præter vinũ. Vlpia. li. 33. dig. de tritico & vino lega. l. si quis. Nec camũ inquit, nec ceruisa continebitur. & paulo ante. Certe ceruisum quod in quibusdã prouincijs ex tritico vel ex hordeo vel ex pane conficitur. Strabo. lib. 17. in descriptione Aegypti scribit commune illis populis esse poculum & fieri modis varijs, appellatur autẽ a gręcis Zithum, ab interprete ceruisũm.

Character eris, interpretatur figura, vel signũ, vel forma. Cic. ad Brutum in oratore. In omni re difficillimũ est formam, quę character gręce dicitur, exponere. Sed & stili genus character ab autoribus dicitur. Vlpia. lib. 28. dig. tit. de testamentis. l. ad testiũ. Dũ tñ inquit, habuerit characteres, dixit ꝓ figuris literarum.

Charta ẽ pagina scriptioni apta, ex q̃cũq; materia

tia illa sit, siue ex plūbo, siue ex cortice, siue ex linteis, siue ex papyro, siue ex corio quę dicit̄ mēbrana. De chartarū generib9 Plin. multa lib. 13. nat. hist. Vlpi. tit. de legat. 3. l. librorū. Librorū īqt, appellatione oīa volumina cōtinētur, siue in charta, siue in mēbrana sint, siue i quis materia, neq; enī mēbrana excludit̄ a chartæ appellatione, cū charta mēbrana appellat̄. Idē quoq; ibidē. Si qs inquit chartas legauerit puras, mēbranę nō continebūt̄. q̄si dicat, nisi addatur, charta mēbrana. Idē quoq; Vlpia. tit. de bonorū possessione secūdū ta. l. chartę appellatione etiā ad nouam chartā refertur.

Chirographum, est pictura ex manu propria, quā autographum etiam appellant. Sueto. in Augusto. Nihil æque elaborauerat, q̄ vt imitarentur chirographum suum. Differt autem chirographū a syngrapha, quod in chirographo tantum quæ gesta sunt scribi solēt, in syngrapha etiam cōtra fidem veritatis pactio scribitur. Idem in eodē, cuius pacti non dubitauit a quibusdam iusiurādum a quibusdā syngrapham petere. Per syngrapham intelligit Sueto. chirographū propria eorum qui paciscebantur manu scriptum, in quo talis pactio scripta erat, nec negare possent. Paul. lib. 42. dig. tit. de priuilegiis creditorum. l. bonis a chirographo chirographariū formauit, quod significat eū qui a debitore autographū debiti habet. Chirographariis, inquit, creditoribus.

Choma atis, ex græco interpretatur agger eris.

Est autē agger, vt inquit Seruius i illud Vir. 10. æneid. Atq; ipsis prælia miscent aggeribus, terra illa quę facto vallo ꝓpius ponit. Vnde tit. est apud iurisconsultos de aggeribus Nili nō rūpēdis. Illi igitur aggeres proprie dicūtur chomata græce. Vlpia. lib. 47. dig ti. de extra ordinarijs criminibus l. saccularij. Chomata inquit, sunt aggeres q solent aquā Niloticā cōtinere. Et ibidē sæpe. Vbi semper pro choma per ch & o longū, coma atis, per c exile mendose legitur.

Chrysamos græce dicitur, quā vt ait Plin. Hispani balucā appellāt, de q̄ satis multa scripsimus i verbo baluca, dicta a chrysos siue chrysion qđ est aurū. Iustiniani codicis li. 11. tit. de metallarijs. Octonos inquit scrupulos in baluca, quę gręce chrysamos dicitur. Accursius non minus in chrysami deliravit interpretatiōe q̄ supra fecerat i baluca. Chrysamos inquit, græce, latine vtilitas, vt sit chrysamosi, i vtiltate publica, cū tātū distet chrysamos a chresimos qđ interpretat vtilitas, q̄tū Thais ab Hermiōe. Illud naq; p y psilō, hoc per eta scribit.

Cidoniū malū, idē est qđ cotoneū, & vinū cidoniū, qđ ex malorū cidoniorū conficitur succo. Vlpia. tit de vino & tritico leg. l. si quis. Cidonia inquit, & si qua alia sunt vina, quę nō ex vinea sint. Ea vero vt diximus, sub ceruisia siue zitho cōtineri videntur.

Cymbium poculi quoddam genus est, dictū a similitudine cuiusdā nauigij. Est autē cymbiū in

forma

forma diminutionis ab eo quod est cymba. Vir. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Paul. 34. dig. ti. de auro & arg. leg. l. pediculis. Cymbia inquit, argentea crustis aureis illigata.

Ciliciũ ꝓprie dicitur textũ ex lana caprina, ad vsum maxime tẽtoriorũ, siue castrorum vt dicit Vir. lib. 3. geor. Vnde cilicina saga fiebãt ad pluuias arcendas. Exodi cap. 26. Facies inqt, & saga cilicina vndecĩ ad operiẽdũ tectum tabernaculi. Veget. quoq; lib. 4. de re militari, saga cilicina prętendi pręcipit, ad excludendos impetus sagittarum. Vlpi. li. 33. dig. ti. de fundo instructo. l. instrumẽta. Vela inqt, cilicina instrumẽta esse Cassius ait, quę ideo parãt, ne ędificia vẽto laborent.

Cingere arborem est illã deglabrare, siue delibrare, hoc est decorticare siue corticẽ detrahere, encernarda Hispani dicũt, quo facto arbores inarescunt. Paul. li. 47. dig. ti. arborũ furtim cæsarũ. l. cędere. Cingere inquit arborẽ, est illã deglabrare. Itẽ infra l. furtim. & Alphenus lib. 19. dig. ti. locati & conducti. l. in lege locationis. Neue quẽ cingere, cædere, vrere sinito.

Circeiensis, e, nomẽ possessiuum gentile ab eo qđ est Circeijorũ, oppido Italiæ in Latio veteri, atq; ꝓmõtoriũ eiusdẽ nominis, quõdã insula, vt inqt Plin. autoritate Homeri, vasto mari circũdata. Hic Circe venefica illa decãtatis: regnasse dicit quo tpe Vlysses orbẽ pererrabat. Hic Plinius de ostreis, Candidiora, inquit, circeiensibus. Liuius

Circeiensium quidā cogniti & coloni a veliteris. Paul.li.12.dig.ti.de iuris & facti ignorantia.l.regula est.Ad op⁹,inquit,aquæ ductus reip.Circeiensium.

Circenses ludi appellantur qui in circo magno Romæ fiebant,atq; inde dicti ea forma qua ab Hispali Hispalensis. Ex quo Seruij grāmatici & quorundam aliorum error conuincitur,qui putant circenses ludos esse dictos,quod vbi suo tēpore metæ fuerunt,olim gladij ponebantur,quos circuibant,vnde ludi circēses,quasi circū enses. Vir.lib.8.Aeneid. Magnis circensibus actis. Et Iuuenal. Si potes auelli circēsibus optima foræ. Hermog.lib.50.dig.tit.de muneribus.l.pri Equorum inquit,circensium spectacula.Et paulus lib.30.di.qui est de legatis primus.l.ciuitatibus.Ludos,inquit,scænicos vel ludos circenses

Circitores dicūtur,qui vigilias nocte circueūt. Hispani rondas vocant.Veget.li.5.de re militari Tribuni inquit,eligunt qui vigilias circueunt,vt renuncient si qua emerserit culpa,quos circitores appellant,nunc militiæ factus est gradus. Ouidi.in priapeia,Quid mecum tibi circitor moleste? Ad me quid prohibes venire furem? Vlpia.li.14.dig.tit.de institoria actione.l quicunq;.circitores vocat,qui circūferunt merces per vicos & vrbes, vendendi causa.

Circulatores circūforani dicūtur qui publice offucias quasdā & præstigias faciunt vt videant

de

deuorare gladios,& irritare serpētes,& talia quę dam facere. Apuleius in.1.de asino. Circulatorē aspexi equestrem spathā præacutā mucrone in festo deuorasse,ac mox eundem inuitamento exiguæ stipis venatoriam lanceā qua parte minat exitium,in ima viscera condidisse. Paul. lib.41. dig. tit.de extra ordinarijs criminib.l.in circulatores qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnū datum est.

Circūscribere est fraudib⁹ cauillationib⁹q; in iudicio vti,vt causam obtineas,vincasq; aduersarium. Ambro.in Lu.ca.4. Vtitur diabolus testimonijs scripturarum,non vt doceat, sed vt circū scribat & fallat. Idem ad Constantinū,Nec quisq aut viduam spernat, aut circūscribat pupillū, & ibidem. Quid circumscribitur frater? fraudatur mercenarius? Inde circūscriptio. Idem Ambrosi. ad Irenæū. Omnia plena fraudis,plena circūscriptionis. Et circumscriptor oris. Iuuenalis. Pupillū in iura vocantem circūscriptorem. Iulian⁹ li.44. ti.de exceptionibus.l.excepitiones quæ minori ī quit,viginti quinq; annis circumscripto.

Circumuenire in eadē prope significatione accipitur, qua circumscribo.vnde illi proprie dicū tur circūuenti,quos grassatores quasi ex insidijs adoriuntur. Cæsar in commentario Hispaniensi. Cum vndiq; se circūueniri animaduertisset, Ambro.in illud euang. Reddite quę sunt dei deo. Nec interest apud deum verū vi aut circūuētione res

alienas

alienas occupet. tit. de doli mali. l. apud Cellum.

Cisterna pluuialis aquæ cōceptaculū est, dicta vt inquit Festus, q̄ inest in terra. Martial. Sit cisterna mihi quā vinea malo Rauēnę. Vlpia. li. 43. di. de fōte deducēdo. l. pri. Cisterna īqt, nō habet p̄petuā causam nec viuā aquā. Sed si vinū cōdatur in cōceptaculo cisternæ simili, cisterna quoq; p̄ trāslationē potest appellari. Vlpia. lib. 47. de furtis. l. vulgaris. Et quidē inquit, si cisterna vini sit.

Citreę mēsę. i. ex citri materia, celebrātur apud autores & fuerunt in tāto precio, vt cū aliquādo viri obiecissent fœminis nimios sumptus, quos in coemēdis margaritis faciebāt, & vos īquiūt, mēsis citreis vtimini. Sed cū apud oēs constet, citrū arborē & mala citrea esse quę postea cœpta sunt cog nominari mala rancia, quorū materia neq; firma neq; odorata, neq; quicq̄ habēs q̄d laudabile sit, suspicor aliqd erroris subesse circa has arbores iā inde ex antiquitate contractum, vt citrum videlicet pro cedro accipiatur, hoc est alerze, cū pręsertim arbor illa siluestris sit, copioseq; proueniat in mōte Atlante. Vnde Martialis de mēsa citrea dixit. Accipe felices Atlantia munera siluas. Idem alibi. Cū possint Libycas sustinuisse trahes. Pau. lib. 19. dig. de actione empti & vēditi. l. si sterilis. Veluti si mēsas quasi citreas emat, quę nō sint.

Clandestinus na, um, a clam particula deriuatur, notamq; habet significationē, neq; ob aliam causam hoc in loco posuimus, nisi quod vul-

go

go accentu barbaro ab omnibus profertur, hoc est accentu in antepeuultima, cum penultimã habeat longã, & iuxta regulas latinæ linguę in cadẽ accentus debeat collocari. Quod vero penultima sit longa, ꝓbatur carmine Manilij in astronomicon dicentis. Et clãdestinis surgentia fraudibus arma. Silius quoq; Italicus in libris Punicorũ. Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.

Clauus in veste erat verruca ex auro, vel ex cocco, aut alijs coloribus vesti intertexta, ad ipsius vestis splẽdorẽ adhibita. Quint. li. 8 Vt affert inquit, lumẽ clauus purpuræ lolo inser͡t. Hinc & laticlauij & angustíclauij dicebãtur ab antiquioribꝰ, qui poterãt huiusmodi genere vestiũ vti. Var. de ling. lat. Si quis inquit, tunicã ita consuat, vt altera plagula sit angustis clauis altera latis, vtraque pars carebit analogia. Sueto. i Augusto. Vsꝰ est togis neq; restrictis neq; fusis, clauo neq; lato, neq; angusto. Vlpia. lib. 34. de auro & arg. leg. l. cũ aurũ. Claui aurei & purpurę ps sunt vestimẽto

Clauus morbꝰ est ĩ similitudinẽ tuberculi (rũ. coloris albi. fit in plãtis digitisq; pedũ maxime. Celsus li. 5. de clauo eiusq; curatione multa ponit Clauus, inquit, nõnunq̃ etiã alibi, sed in pedibus maxime nascitur, sed pręcipuę ex cõtuso a græcis helos dicitur, vt apud Galenum. libro. 10. & 11. de medicina simplici. Hoc morbo perijt Silius Italicus, vt author est Plinius Cæcilius in epistolis. Vlpianus libro 21. titu. de Edili. edic. l. qui clauũ.

Qui

Qui clauũ, inquit, habet, morbosus est.

Cliuosa dicũtur loca in sublime clemẽter sur-gentia, nam cliuus est montis latus. Vnde decli uis ex monte descendens, accliuis ad montem as cendens. Virg. 1. geor. Cliuosi tramitis vndã eli-cit. Et Iuuenal. Cliuosæ veheris dũ per monumẽ ta latinæ. Vlpia lib. 43. tit. ne quid in loco. l. prę tor. Via cũ plana fuerit, si cliuosa fiat.

Cloaca alueus est per mediã vrbem in quẽ la-trinarũ sordes confluunt. Itaq; latrinæ sunt quẽ-admodum Hispani dicunt, priuatæ, dictæ ab eo q latẽãt, Cicerone authore. Cloacę vero sũt publicę, quod eleganter Columella vno versu expressit, dicens. Immundis quæcunq; vomit latrina cloa cis, id est quod ex foricis priuatis sordes cõfluunt in cloacas publicas, & inde emittuntur extra vr-bem. Vnde Iuuenal. de Tiberino pisce dixit. Pin guis torrente cloaca. Vlpia. lib. 43. de cloacis. l. pri. Cloaca est, inquit, locus concauus, per quem colluuies quędã fluat. Inde cloacarius qui cloacę curam habet. Vlpia. lib. 7. de vsu fructu. q. q. u. l. si pẽdẽtes. Si quid, inquit, cloacarij nomine debeat.

Coalluere est per alluuionẽ aliquid augere. Põ po, lib. 41. ti. de acquirendo. l. ergo. Paulatim ali quid coalluẽdo locum eminentem supra alueũ fe cit, & eum alluendo auxit.

Coccum, est granum quod in quisquilia inueni tur frutice, grana Hispani appellant, vnde purpu ra adulteratur. plin. lib. 9. Coccum galatiæ ru-

bes

bens granum, aut circa Emeritam Hispaniæ in laude est. Idem lib, 16. Quercꝰ dotes, Ilex solo ꝑ uocat cocco, granū hoc primoq; ceu spectes fruttices paruos aqui foliæ Ilicis, quisquiliam vocant pensionē alterā tributi pauperibus Hispaniæ donati, Vlpianus lib, 32. dig. qui est de legatis tertiꝰ. l. si cui, Purpura inquit, & coccum quia nihil natiui coloris sunt, contineri arbitror. Quod Accursius exponens nescio quas nugas affert. Coccum inquit, bis tinctū in cōstructione tabernaculi erat quidam pannus sericeus duorum colorū, & videtur extra viridis & intra ruber.

Cœliaci dicuntur fluxu ventris laborantes, q a Latinis Aluini dicuntur. Nam Cœlia græce, latine interpretatur aluus. Consistit autem morbus ille in ventriculi porta, quæ a græcis Piluros dicitur, ex Cornelio Celso lib. 4. Iurisconsultus in tit. de edilitio edicto.

Cœmiterium interpretatur dormitorium, dictum a cœmomę quod est dormio, nō cimiteriū quemadmodū vulgus nunc loquitur. Cōditoria vero siue sepulchreta mortuorū ī nostra religione dicuntur cœmiteria. i. dormitoria, quoniā proptꝫ spem resurrectionis, mortuos consueuit dormientes appellare, & eosdem dormire in domino.

Cœnaculum, inquit Valla, & si formā diminutiui habet, diminutiuum non est, neq; est locus in quo cœnatur tantum, sed superior domus contignatio. Festus, cœnacula dicuntur ad quæ scalis

 ascendi

ascenditur. Liuius. li. 39. ab vrbe con, Cœnaculũ sup ædes datum est scalis ferẽtibus. Paulus. li. 43. dig. tit. vti possidetis. l. si duo. Sed si supra ædes quas possideo, cœnaculũ sit, & ibidẽ sæpius; Itẽ in tit. de ijs qui eiecerunt aut effuderint sæpissime.

Cœtus, cõuentus est siue cõgregatio, a coeũdo dictus. Vergilius pri. Aeneid. Et cœtu cinxere polum. Vnde in decretis distinctione. 15. Qui cœtum fecerit, vt inquit Seneca in declamationibus, capitale est, id est dignus morte.

Collegiũ, vt scribit Nerati. priscus ti. de verbo. signi. l. Neratius, a tribus fieri potest. cõplures videãtur in collegio contineri. Sed cũ duo tãtũ sint cõsules, atq; alter alterũ collegã appellat, nõne dicemus collegiũ consulũ? quandoquidem collega & collegium coniugata sunt. Numa Pompilius instituit collegium tibicinum, aurificum, archite ctorum, tinctorũ, coriariorum, fabrorum, & figulorum. Erit itaq; collegium illorum qui sunt eiusdẽ ordinis & pfessionis. vt Papini. lib. 27. ti. de excusationibus l. qui in collegio pistorum sunt, a tutela excusantꝰ. Itẽ lib. 47. dig. de collegijs illicitis sæpe.

Colludere, in fraudem tertij est cõuenire. vnde est collusio dictum, q̄ simul ludãt, hoc est, illudãt tertium, qđ in libris dig. sępe legitur. Est pręterea titulus de collusione detegenda.

Colum niuarium, instrumentũ erat ad pcolandum aquã siue vinũ ex niuibus, eratq; colũ illud aut ex viminibus, vt apud Virgilium i secundo

Georg.

Georg. Tu spissos vimine qualos Colaq; prælorũ fumosis diripe tectis, aut ex sacco cilicino, siue li neo, vt Marti. in disticho cuius idex est; Saccus ni uarius. Attenuare niues norũt & linthea nostra. Frigidior colo nõ salit vnda tuo. Aut erat ex ar gẽto, vt Põp. de aur. & arg. leg. l. i arg. In argẽto, inquit, potorio, verũ id dũtaxat sit i quo bibi pos sitqan etiã id qđ ad præparationẽ bibẽdi cõparatũ est; velũti colũ niuariũ & vrceoli ꝓ quo mendose legit colũnariũ nihili verbũ est Martiale poeta, in disticho cui9 tit. est. Colũ niuariũ. Setinos moneo nostra niue frãge triẽtes, sed de hoc in obseruatio nibus nostris plura.

Comes cũ sit nomẽ ad aliqd dictũ, referaturq; ad ducẽ, qđ vtrũq; nomẽ est honoris: aliquãdo tã mẽ dicitur absolute, vt apud Ho. in. I. ser. Hospitio modico rhetor comes Heliodor9. Comitat9 vero dignitas multiplex fuit, puta comes cõsistorij. co mes largitionũ. comes sacri palatij. comes rerum priuatarũ. comes ꝓuinciæ. comes orientis. comes scholarũ, de quibus cũ in alijs locis, tũ i C. Iustinia.

Comitia dicebantur apud Romanos, conuen tus populi, dicta a coeundo, hoc est cõueniendo i vnum locũ ad suffragia ferenda, aut aliquid ali ud faciendum, fuerũt autem comitia calata, quæ rursus in cẽturiata & curiata diuidebãtur, quẽad modum supra diximus in verbo calata comitia.

Commeatus duo significat, nam omnia quæ ad victum publicum pertinent, cõmeat9 nomine

continentur. Salluſtius in Catilena. Commeatus abunde, municipia atq; coloniæ patebũt. Eſt præterea cõmeatus facultas quæ datur militi abeundi ex exercitu ad præſcriptũ tempus. Feſtus cõmeare inquit, eſt vltro citroq; ire, vnde cõmeat⁹ dicitur tempus quo ire & redire quis poſſit. Liuius li. 21. ab vrbe con. de Hãnibale milites ſuos poſt expugnatam Saguntum alloquente. Si quis, inquit vestrum ſuos viſere vult, commeatũ do. Idẽ li. 33. Magna pars militum ſine cõmeatibus dilabebatur. Marcellus li. 48. dige. tit. de pœni. sl. relegati. Commeatum, inquit, remeatũue darem. Itẽ de re militari. l. prima & l. deſertorem. Item ad municipales. l. quoties, & le. ti tius.

Cõmeatalis miles, dicitur qui in ſtipendij partem accipit alimẽta ex cõmeatu. i. ex alimẽto publico, nam quẽadmodũ diximus, cõmeatus in priori ſignificatione accipitur ꝓ cibarijs atq; alimẽtis exercitus. Iuſtinianus in tit. de præfecto prætorio Aphricæ. l. quas deo. Nullum audeãt duces vel tribuni cõmeatalem de ipſis dimittere, ne dũ ſibi lucrum ſtudent conficere incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. & infra. Non de commeatibus militum, aut de eorũ ſtipendijs lucrũ facere.

Commentum ti. eſt fictio, ab eo quod eſt cõminiſcor cõminiſceris. Teren. in andria. Ipſis cõmenũ placet. Verg. in ſecũdo Aeneid. Timidi cõmẽta retexit Naupliades animi. Papinian⁹ lib. 48. di. l. miles. Socer cũ nurũ adulterij accuſaturũ ſe libellis

bellis præsidi datis testatus fuisset, maluit ab ac cusatione desistere,& lucrum ex dote magis pete re, quæritur, an eiusmodi cōmentum eius admit/ ti existimes? Accursius ꝓ cōmēto cōmeatū legit. Item Marcellus libro.49.digesto.tit.de iure fisci. l.Res quæ. Dignum fuisse puniri pro tā turpi tāꝗ inuidioso commento. hic Accursius pro volun/ tate inspecta exponit. Item Vlpianus tit.de reb⁹ eorum l.quamuis. Tam callidum commētū i ex emplum coercere debeat.

Commentariensis ab Asconio Pediano is di citur qui præest a commentarijs.i.libris & ratio/ nibus publicis. Hieron.in secundo regum cap.8. Iosaphat autē præerat a commentarijs. Paulus li. 49.dig.de iure fisci.l.in fraudem. Ea inquit ma/ nu cōmentariensis annotanda sunt. Neq; dictus est quia acta ei cōmittuntur, vt ait Accursius. Ali ās pro carceris custode accipitur, vt C.de custo/ dia reorum.l.ad commentarienses.

Committere inter alia significat etiā pugnam conserere, vt apud Lucanum in pri. Exiguū do/ minos commisit asylum, & Martial. Victores cō/ mitte Venus. Iurisconsultus lib.9. dige. ti. si qua drupes pauperiem l.pri. Cum arietes, inquit, & bo ues commisissent, & alter alterum occiderit, sub/ audiendum est enim pugnam.

Commune pro rep. vt vulgo dicitur comu/ nidad. Ouidius 11. meta. Gentisq; simul cōmune pelasgæ. Horatius.2.car. Priuatus illis cēsus erat

magnum commune. Cicero.3.in Verrem. Quo modo iste commune milia dum vexauit. Sequo la libro.46.tit.de appellationibus.le. Imperator Alexander communi &c.

Compendium, in via est contractio quędam, & breuitas, q̃ maxima esse potest, sicut econtrario Dispendium via per ambages. Modestinus li.50. dig.ti.de legationibus.l.eundē. Itineris inquit, cō pendium subeat. & per translationē tit.de admi-nistratione.le.titium. Vtrum compendiū negocij an vsuras præstare debeat &c.

Competenter, pro eo quod est mediocriter & cōuenienter, & competentia pro ipsa mediocrita-te & cōuenientia. Gellius li.pri.omnium mēbrorū inter se competentia. Idem lib.13. Plures simul ad eandē cōpetentiam nasci non queunt. Martian9. Memoratū arbitror cōpetenter quæ sint fastigia literarum. Iurisconsultus tit.So.ma.l. si cum pa/tri & filię competenter consulatur.

Compilare, est facto impetu i quempiam grasſari, quod proprie latronum est. Horatius pri.ser. Serui ne te cōpilent.i.te adorti trucident. Aliquā-do accipitur pro eo quod est aliorū scripta & inuē ta furari, vt idem i eodem. Ne Crispini scrinia lip pi Compilasse putes. Macrobius lib.pri. satur. Possem pluribus edocere, quātū se mutuo cōpila rint bibliothecę veteris autores. Pau. li.48. titulo ad legem Iuliā peculatus.l.sacrilegi. Sunt inquit, sacrilegi qui publica sacra compilauerint.

Com

Cōpingere, est res diuersas in vnū coagmētare atq; conglutinare. vnde est illud Iob cap. 10. Hieronymo interprete. Ossib⁹ & neruis cōpegisti me. Celsus libro 6. Tenuissimis minutissimisq; ossiculis caput cōpingeret. Paul⁹ lib. 49. dig. de solutionibus. l. qui res. Si nauem inquit, eisdem tabulis compegerit.

Cōcameratio, est structura fornicata siue testudinea, nam Camera est fornix siue testudo, vnde concamerare est cameram struere. Plinius lib. 34. Dinocrates Alexandri architectus Arsinoes templum concamerare instituerat. Vitruuius li. 2. Nec paries, inquit, concamerationes recipit. Idē lib 6. Si hypogea concamerationesq; instituerētur. Labeo libro. 32. digest. de legatis tertio. l e. si cui ędes. Aliquod inquit, cōclaue, quod supra cōcamerationem.

Conclaue, quid sit omnes norunt. nam est in domo locus secretior, sed ideo posuimus hoc in loco, quia in proferendo accentu plęriq; omnes peccāt, cum enim in penultima collocari debeat, in tertia a fine ponunt. Horat. 2. ser. Currere per totū pauidi conclaue. Clauis namq; primā pducit. Vlpia. li. 25. titu de ventre inspiciendo. l. primā. In quo inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Neratius lib. 39. digest. tit. de damno infecto. l. qđ Cornelius. Conclaue, inquit, binarum ędium.

Concinnare, inquit Festus, est apte componere, nam Cinnus, vt ait, mixtio est. Plinius libro. 14.

Ca

Cato iubet vina concinnari ad cinnum. Inde cō cinnatorius a,um, res ad concinnandum apta. Paulus lib.33. digest.tit.de penu legata.li instrumentum. Vasa inquit,concinnatoria instrumento nō continentur.

Cōditura, est illud quod ferculis aliisq; esculentis concinnandi condiendiue gratia solet adhiberi. Apud Columellam lib.3, de re rust. caput est de oliuarum conditura. Vlpianus libro 33. dige. de tritico & vino legato.le.si quis. Quod potius inquit,conditurae loco fuit.

Congiarium, sportula erat quae diutni cibi nomine comitibus,ante ambulonibus,assectis,stipatoribusq; suis potētiores ciues distribuebāt, dictū a Congio vini mensura sextarios sex capiente. Plinius libro. 14. Tribus congiis epotis vno impetu,hinc congiarium.Martialis.Centum misselli iam valete quadrantes ante ambulonis cōgiarium lasti.Paulus lib.33,de fundo instru.l.tabernę. Vrnę inquit,ęreę & cōgiaria & sextaria.

Contignatio, est trabiū coassatio ad tabulata coenaculaq; construenda.plin. li.35. Sesquipedalis paries non amplius q̄ vnā contignationē sustinet.Liuius libro 21.ab vrbe con. bouē in tertiam contingnationē sua sponte scandisse refert.Papinianus libro 8.de seruitutibus vrb.praedio l. Binas quis. Binas inquit, quis aedes habebat vna contignatione tectas.

Continens plerūq; pro continuus,hoc est,cō tinua

tinuatus accipitur. Cicero,1.Thus.q. Continentem orationem audire malo. Celsus lib.3. Et multo magis si cõtinẽtes febres sine remissione sunt. Triphonius lib.27. de excusationibus.l.titius. Testamento inquit,[k] omæ concepto vt incontinentibus. Item Vlpia.lib.39. de aqua pluuiali arcẽda. l.prima. Noceat loco qui est intra continentia ędificia. Itẽ de verborum significatio.le.vrbis. Romæ inquit,continentibus ædificijs.

Cõturbo as,præter illũ significatũ quẽ habet ĩ prõptu, significat etiã decoquere,siue fidẽ frangere,nec creditori velle aut posse soluere. Martial. Conturbabit Atlas & non erit vncia celo. Decidat tecum qua pater ipse deum. Iuuenalis. Sic pedo conturbat,Matho deficit,exitus hic est. Alphenus libro 11.in titu.de in rẽ verso.l. quidam fundum. Postea inquit, conturbauerat qui boues vẽdiderat. Idem de institoria actione.l. quicunq; Si quis Pistor seruum suũ solitus fuit ad certũ mittere locum ad panem vendendum,deinde cõturbauerit. Accursius.i.nõ fecit qđ cõuenit exponit.

Corbis,textũ est vimineum quód gręce vt Priscian⁹ ait,cophinus appellatur,sed proprie corbis est quo messes excipiũt. Varro de lingua latina Corbis,inquit,dicta ab eo qđ spicæ aliudue quid eo corruebat. Sed cum grammaticis sub genere fœminino relinquatur. Seruius in pri Geor. autoritate Ciceronis sub fœminino proferendum esse dicit,qui dixit messoria se corbe cõtexit. Vlpia. li

bro.33.dig.de fundo instru.l.instru menta. Instru menta inquit,cogendi fructus, quēadmodum torcularia,corbes,falces messoriæ,falces fœnariæ.

Corinthium æs,& vasa corinthia,ab ære corinthio dicta,quod corintho vrbe Achaiæ Romanis euersa & incensa, ex varijs sit metallis cõflatū. Plinius de ære corinthio. Casus inquit,hoc miscuit,corintho cū caperetur incensa. Sed author ostēdit opifices nobiles corinthiorum vasorū Corinthi excidiū præcessisse. Martia. Cõsuluit nares an olerent æra corinthon. Suetonius in Augusto. propter vasa inquit corinthia inter proscriptos curasse referendos. Iabolenus Priscus. de legatis tertio. l. hæres. Cui Corinthia inquit,vasa legata essent,& sequitur. Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint abaces, si autem corinthiæ,non deberi. Accursius corinthię.i.de vili materia,puta palea vel herba palustri exponit,putans preciosora esse vasa æneaq; vasa corinthia,atq; ita lectionē cū sensu perturbat, Erit igi. ordo & literæ sensus talis, Proculus vero recte ait,subaudi abaces deberi, quia vasa corinthia erant in tanto precio, vt vna libra permutaretur aliquando quingentis. Aeqtas itaq; legis in hoc consistit, quod abaces ex viliori materia debentur,ex preciosiori tamen non debentur.

Corpus pro collegio à iurisconsultis nonnunq̄ accipitur,vt Calistratus libro.27.de excusationibus,l.non tantum. Non omnia inquit, corpora

vel

vel collegia vacuationem tutelarũ habent. Itẽ Pomponius lib. 41. titulo de vsu capionibus. l. rerum. Corporum inquit, tria genera. Iustinianus quoq; Codice de legibus & constitutionibus. l. quæ ex relationibus. Quibuslibet corporibus inquit aut legatis.

Corradere pecunias, est vndecunq; illa: eruscare atq; conquirire. Terentius in Adel. Minas decem corradet alicunde. Idem in Phormione. Munus hoc ei corraditur. Vlpianus titulo de bonis damnatorum. l. diuus. Plerumq; inquit, corrasas pecunias Præsides ad Fiscum transmiserunt.

Corriuales, dicuntur qui ex eodem riuo simul aquantur, & per translationem, qui eandem amicam habent communem. Vlpianus libro. 43. de aqua æstiua. l. prima. Corriuales, inquit, id est, qui per eundem riuum aquam deducunt.

Cotidie per c & non quotidie per q debere scribi Quintilia. est autor lib. 1. de oratori. insti. Frigidiora inquit, his alia, vt quicqd. c. quartã haberet, & quotidie, nõ cotidie, verũ hæc iam inter ineptias euanuerũt. Frigida esse & inter ineptias numerat Quint. quod quotidie per q literam debeat scribi. Victorinus quoq; in li. de ortagraphia cotidie per c literã debere scribi his verbis ostẽdit. Quãuis iquit, Cocus a coquẽdo, & cotidie a quoto & die deriuata sint, per c non per q scrbenda

sunt.

sunt. Adnotarunt & hoc Ange. Poli. & Lauren. Abstemius, & Ludouicus Bonogninus in adnotationibus suis.

Cotoria æ, vena est vnde cotes excinduntur, sicut Sulphuraria, vnde sulphur eruitur, Stypteria vnde alumen. Alphenus. lib. 39. de publicanis & vectigalibus. l. Cæsar. Cum insulæ Cretæ cotorias locaret, legem dixerat.

Cretæ fodina, dicta est vnde creta effodit. Sed cũ multa sint Cretæ genera, cymolia sarda, vmbrica, saxea, argentaria, figula. de cymolia creta intelligendum est dixisse iurisconsultũ lib. 17. dig. titu. de rebus eorum qui. l. sed si. Cretæ fodinas, inquit, vel argenti fodinas, vel aliud simile. Caius lib. 39. de publicanis & vectigalibus. l. sed & hi. Est autem creta cymolia qua vtuntur in lanicio pãnarij, ad lanæ duriciem molliendãm.

Crinale, ornamentum capitis est ad fingendũ capillos ne turbentur euagenturq;. Ouid. 3. Meta. Nec torques collo, nec habens crinale capillos. Idem in 5. Curuum crinale capillos. Virg. Aene. 11. Pro crinali auro pro longe tegmine pallæ. Vlpia. lib. 34. de auro & argento leg. l. argumento. Fasciæ inquit, crinales pedulesq;. Philippus Beroaldus non legit crinales, sed fasciç crurules pedulesq;, quasi fasciç sint crurum pedumq; munimenta quædam.

Cucuma, quid sit nondũ liquet mihi, neq; enĩ ego is sum, qui incognita pro cognitis habeã. An

gelus

gelus Politianus obseruationem fecit de cucuma, sed quid ea esset non ostendit. Nam cũ dicit Martialis ad Torquatum. Cucumam fecit Otacilius videtur esse genus ædificij tugurij pauperis. Ambrosius in vita beatæ Agnes ꝑ vase quodã ęreo videtur posuisse. Dij, inquit, tui ærei sũt, ex quibus cucumæ melius fiunt. Vnde Cucumelam inter vasa posuit libro octauo dig. Vlpianus titu. Si seruitus. l. si quando. Seius inquit, syluam seuisset, in qua labra & crateras & cucumelas positas haberet. Pro genere verberis cuiusdã posuit Martianus lib. 24. ad legem Corneliã de sicarijs. l. pri. Si claua inquit, percusserit aut cucuma. Petroni9 arbiter ꝑ fornace videtur posuisse.

Culleus, vter est ex corio bouis, capiens viginti amphoras. Priscianus de ponderibus & mensuris. Culleus hac maior nulla est mensura liquoris. Plini. lib. 14. Septenos culleos singula iugera musti, Vlpia. lib. 33. dig. de fundo instruct. l. quæsitum. Cuppæ, inquit, & cullei. Item Scæuola eodẽ lib. tit. de annuis legatis. l. legatũ. vini, iqt, falerni quod domi nasceretur quotannis binos culleos. Est præterea culleus mensura frumentaria tantũdẽ capiens. Scęuola. li. 13. dig. tit. de pignoratitia actione. l. vltima. Pecuniam sub pignore culleorum accepit. Est præterea culleus publica paricidarum pœna ex lege Pompeia, de paricidis. Hic Iuuenalis de Nerone paricida. Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpẽs vnus, nec

cul

culleus vnus.

Cuppa & cuppula, vasa sunt vinaria, hoc est in quibus vina conduntur. Nonius Marcellus de generibus vasorum cuppas ponit & tinas. Vlpi. de fundo instructo. l. instrumenta, vbi cuppas exponit vasa vinaria lapidea, vel de terra facta, cum illa sint dolia, cuppæ vero ex lignis consistent. Itē de legatis tertio. l. cuius. Vasa inquit, vinaria id est, cuppæ & dolia, quæ in cella defixa sunt. Inde cuppula parua cuppa, vt de tritico & vino lega. l. si cui. In cuppis inquit, siue cuppulis.

D.

DActylotheca interpretatū annulorū repositorium, nam dactylus digitꝰ & annulus interpretatur, & theca repositoriū, Plin. lib. 37. Dactylothecā primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Martialis, Dactylothecam, inquit, non habet, Paul. li. 32. de lega. 3. l. argento. Annulis legatis dactylothecæ nō cedunt, atq; ibidē. Iterum in dactylotheca, inquit, legata.

Damno as, preter illam notā significationē significat etiā obligare, vt Vir. in Buc. Dānabis tu quoq; votis. ti. de diuortijs. l. si filius. Damnandū inquit, eū quanti mulier lit e iurauerit. Itē de lega. pri. l. cū filio. Hæredem inquit, mihi dare dānauerit. Hinc sæpe legitur damnatus pro obligatus, hā medum est vbicunq; legit damnas nihili verbū, cū legi debeat dānatus, vt apud Horat. 2. ser. Gla

diato

diatorum dare centum dānati populo paria.

Daphnensis lucus, nemus est suburbanū Antiochię, epidaphne. i. ad Daphnē positæ, i. lauretū, qd' decem mille passuū ambitu patet in Syria curua, quo in loco Antiochēsium conuentus agitabatur ex Strabone. fuit autē hic lucus a Cn. Pōpeio magno cōsecratus, Eusebio autore. Est quoq; Antiochię porta daphnitica, de qua Hieron. in vita Ignatij. Reliquiæ inquit, corporis eius Antiochiæ iacent extra portam daphniticam in cæmiterio. Iustini. li. Codi. 11. de cupressis ex luco daph. nensis. l. 1. Si qs autē daphnensis luci in Syria arborem amputauerit.

Dardanarius, dicitur qui imitatur Dardanum quendā hominē sceleratū, de quo Sidonius lib. 5. Oīa in Dardano crimina simul execrātur, ab hoc Colu. dixit in horto. Dardanię veniāt artes. Dardanarij quoq; dicūtur propolę, q omnia pręmūt, vt postea carius vendant, Cice. contra Pisonē. Panis tibi de cuppa atq; propola. Plaut. In Dardanarij pręproperа emptione. Flagellabat inquit, annonā, Vlpia. lib. 47. de extraordinarijs criminī. l. annonam. Annonam vexare dardanarij solēt. Item de pœnis l. in dardanarios &c.

Decedere, contrarium est ei quod est succedere, vt si dixeris. Appius Claudius successit in prouincia Ciceroni, & Cicero decessit Appio. Vnde dicti sunt successores & decessores. Vlpia. li. 43. digestor, ad legem Iuliam maiestatis lege quiue.

Decido is, est cũ creditore super debito trãsige re. Cicero tertia in verrem. Nisi cũ muliere, iquit, decideretur. Idem quarta in eundem. Cũ reo trãsi gat, cum accusatore decidat. Idẽ in quinta. Qui septingẽtis decidere noluisset mille promisit, Pli. libro septimo. Abunde igitur atq; indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non queat foelix. Martialis. Conturbabit Atlas, & non erit vncia coelo. Decidat tecum qua pater ipse deum. Scæuola lib. 26. de administra. & periculo tutorũ. l. cum hæreditas. Cum plerisq; inquit, creditori bus ita decidit, & infra. Cum plerisq; creditorib⁹ ita deciderunt.

Decisio onis, ab eo quod est decido is, in superi ori significatione vt sit decisio idem quod transa ctio. Cicero de prouincijs consularibus. Cum tyrã no, iquit decisiones & direptiones. Ambrosius ad Titianum. Promptior esto decisioni cuius & spes potior & fructus est. Paulus lib. 35. ad legem falsi diam. l. si hæres. Si hęres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret & ob eam decisio nem factum sit vt aliquid retineret.

Decoctores, dicuntur qui cum non sint soluen do, vertũt solũ atq; aufugiũt. vnde Catull⁹. Deco ctoris amica formiani & Valerius de varietate ca suum. Postea inopia turpem decoctoris superla tionẽ. Seneca libro. quito de beneficijs quomodo foenerator quosdã debitores nõ appellat, quos sit decoxisse. Iustinianus li. 10. titulo de decurionib⁹.

le.

le, quilibet principaliũ vel decurionum decoctor pecuniȩ publicȩ si fraudulẽtus, hic decoctorẽ videtur posuisse non tã pro eo, qui cũ soluendo non sit, si dẽ publicã frangit, quã pro eo qui depeculatus est pecuniam publicã, in quo significatu accepit Martialis cũ ait. Nihil colonus villicusq́ꝫ decoxit, hoc est defraudauit atqꝫ intercepit. Accursius non intelligens quid esset decoctor, officij nomẽ esse dixit.

Decuriones, in colonijs & municipijs dicũtur qui Romæ Senatores appellãtur; dicti a numero equitum quibus in militia præerãt. Autores sunt Nonius Marcellus & Festus Põpeius, dignitas vero ipsa Decurionatus dicitur, de officio decurionũ & de illorum dignitate, lege in libris dige storum titulum, ad municipales. l. quoties & l. libertus. Item de decretis. l. ambitiosa. Omnino decurionum officium est pecuniam publicam habere, tractare, & exigere.

Dedititij serui, dicuntur, qui ex obsidione se dediderunt in potestatẽ victoris, formã ãutẽ deditionis scribit Liuius lib. 1. ab vrbe cõdita. Obsessor, inquit, interrogauit, Estis ne vos legati oratoresq́ꝫ missi a populo collatino, vt vos populumq́ꝫ Collatinũ dederitis? sumus. Est ne populꝰ Collatinus in sua potestate? Est, Deditis ne vos populũq́ꝫ Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtẽsilia, diuina, humanaq́ꝫ oia in meã Romaniq́ꝫ populi deditionẽ? Dedimus. Et ego recipio.

De seruis dediticijs Iustin, in pri. institutionū lib. tit, de libertinis & quomodo manumissi obtinebant infimū libertinitatis gradum, quoniā illorū inquit, pessima cōditio est.

Definio & definitio, nō diffinio & diffinitio notatū a Ludouico Bonog. semper legi i Pādectis Florentinis, & fere nunq̄ aliter legitur in libris vetustissimis, qui reperiuntur scripti etiā in alijs facultatibus.

Defrutum, mustū est quod decoquitur quousq; pars tertia relinquatur. Plin. tamē lib. 14. Sapa inquit, fit musto vsq; ad tertiā mensuræ partē decocto, qđ vbi factū ad dimidiā est, defrutū vocamus. Virg. 4. Geor. Aut igni pinguia multo defruta. Vlpia. lib. 33. dig. de fundo instructo. l. quæsitum. Vas, inquit, æneū in quo sapa coqueretur, & defrutū fieret. Itē de vino & tritico lega. l. qui vinum. Mulsum inquit, passum defrutū. Defrutū dictum est quod autore Plinio sit ad dimidias defraudatū, aut quēadmodū vult Nonius Marcellus, qđ ad tertiā redactū sit. Non quod Accursius hallucinatur, qđ de vsu sit sublatū, vt q̄ diu possit seruetur, quasi sit dictum a fruor, eris.

Deglabrare, est delibrare siue cingere, hoc est arborē decorticare, nā glaber proprie dicitur qui leuis est & pilis caret, sed hic deglabrare pro leuē facere posuit Iuriscōsultus. Paul. lib. 47. dig. ti. arborū furtim cæsarum. l. cedere. Cingere inquit, arborem est deglabrare siue delibrare.

De

Delator, est alicuius criminis denunciator, dũ modo ad officiũ suũ nõ pertineat ea denunciatio, hoc genus hominũ odiosum habetur. Martialis de delatoribus. Turba grauis paci placidęq; inimica quieti, Quę miseras semper sollicitabat opes. Idẽ Et delator habet quod dabat exiliũ, Pro denunciatore tantum posuit Iuriscõsultus. Papinianus ti. de diuersis. le. intra. Intra quatuor, inquit, annos vacantium bonorum delator. In titulo tamen de iure fisci propria delatoris significatione vtitur sæpe.

Delibrare, quod est librum hoc est corticẽ arbori detrahere. Lege supra in verbo cingere arborẽ, &, in verbo deglabrare.

Delphi, orũ, ciuitas est Phocidis, ad montis Parnassi radices posita, vbi Apollo solitus erat responsa dare, sed quẽadmodum ait Iuuenal. Nunc cessant oracula Delpis, titu. de censib.

Delphicę mensę a Delphis vrbe Apollini sacra dictę sunt, & erãt ex ęre, quas veteres Cortinas vocabãt. Plin. lib. 34, Ex ęre, inquit, factitauerunt cortinas tripodum nomine delphicas. Cic. 6. in Verrẽ. Mensas delphicas e marmore. Martia. Argentũ atq; aurũ non simplex delphica portat. Florẽtinus tit. de supellectili legata. l. id est. Trapezophora inquit, delphice subsellia.

Deminuo, is, & deminutio, onis, non diminuo & diminutio, vt passim legitur in libris digestorum, debere scribi adnotauit Ludouicus Bono-

F i gninus

gninus in pandectis Florentinorũ. Est autẽ capite deminutus, vt ait Fest⁹ qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliã adoptatus, & q in hostiũ potestatẽ venit, & cui aqua & igni interdictũ est.

Demolior iris, est illud quod extructũ est diruere. Nam moliri est ædificare, cuius cõtrarium est demoliri. Verg. pri. Aeneid. Molirique arcẽ, & manibus subuoluere saxa. Apud antiquiores Demolio is, declinabatur, vt Diomedes testimonio Varronis ostendit, quem citat in libro poetico. Non demolio inquit astra. Et Neuius in corollaria, Hęc demolite inqt. Vlpia. ti. de vsufructu. l. hæres. Anteq̃ vsufructũ ꝓhibuerit, demolierit, Et demolit⁹ passiue, vt in tit. de vsucapionibus. l. eum qui.

Deni, æ, a, nomẽ est diuiduũ distributiuũ, quale illud Bini, æ, a, & similia, cuiusmodi nomina Accursius solitus est exponere in bis tantũ cũ reuera significet cuilibet tantũ, quod latuit Bartolum. Is enim exponẽs legẽ quæ habetur de lega. 3. Si quis testamẽto Titio & Seio decẽ dari iusserit, nullam hęc verba recipiũt ambiguitatẽ, vt denã dixisse videatur qui decem dixit, putauit per dena viginti intelligi. Ait nãque, Qui reliquit decẽ, non videt relinquere viginti. Nã cũ inter decẽ & dena illa sit differentia inter oratores obseruata, qđ decẽ numerũ simplicẽ, hoc est decẽ vnitates significet, dena vero cuilibet decẽ, Erat sensus legis, quod qui Titio & Seio legauit decem, non legauit dena. i. cuilibet decem, sed decem simpliciter, hoc est, cuilibet

bet

bet quinque. In titulo de verborum obligatione.l.si ita; Accursius dena probis decē interpretatus est.Idem de annuis legatis l.si legatum.exponens illud Si legatū forte sit relictū annua bina trina die forte triginta dena per singulos debentur annos.licet non fuerit adiectū æquis pensionibus dena ꝓ decē interpretatus est; cū dena nō simpliciter decē,sed per singulos annos decē significent.

Depectus participium est,quod est depeciscor; quod significat turpiter paciſci, vnde Depector apud Apuleium in oratione pro magia.Est inquit litium depector,omniū falsorū commentator.Vlpianus libro tertio de calūniato.l.& generaliter. Hoc inquit,edicto tenetur qui depectus est.

Deserere propriè militum est,qui relinquunt locum in acie,aut sine commeatu discedūt ex castris,vnde est desertor & desertio,de quibus sępe in libris digestorum.tit.de re militari.

Desidero præter illam notam significat etiam deficere Cæsar in cōmentarijs.Desiderati sunt,inquit,eo die sagittarij circiter ducenti.i.defecerunt; hoc est intercepti sūt.Suetonius in augusto.Desiderauit nonnunꝙ M.Agrippæ patientiā & Mecœnatis taciturnitatem; Quem locum Eutropius & ex.Aurelius non intelligentes,Sdecepti huius verbi ambigua significatione,putauerunt ꝙ Augustus voluisset esse æque patiens atꝙ Agrippa & taciturnus vt Mecœnas. Cum apud Suetoniū desiderare accipiatur pro deficere illud quod de

 sideramus

ſideramus. In quo ſenſu accepit Iuriſconſultus in tit. ſi libertus ingenuus eſſe dicatur. l. quoties. Siue officiũ, inquit, deſideretur. i. deficiat in eo qui debet obſequi & obtemperare.

Diæta locus eſt in domo, vbi per ocium verſamur. Papinius li. ſiluarum. Vna tamen cunctis ꝓcul eminet vna diætis. Sidonius Apollinaris in epiſt. Ex triclinio fit in diætam ſiue cœnaculũ trãſitus. Iuriſconſultus titulo de legatis tertio, Cellarium inquit, iunctũ eidem diętæ. Inde diętarius dictus eſt ſeruus ſiue miniſter in diæta deſeruiens. Meminit Vlpianus in titulo de fundo inſtructo. l. quęſitũ. Eſt præterea Diętari⁹, qui ex diæta quippiã furatur, vt Vlpianus in titulo de effractoribus. Simili inquit, modo & diætarij & ſaccularij puniuntur. Pro quo mendoſe legitur detractarij. Idem in titulo de effractorib⁹. l. ſaccularij. Qui diętarij, inquit, appellãtur, hoc eſt, qui ĩ aliena cœnacula ſe dirigũt furandi animo.

Diathetum, videtur genus eſſe poculi, ſicut ſynthetõ ſiue ſyntheſis. Iuriſcõſultus ad leg. Aquiliam. l. ſi ſeruus. Si calicem inquit, diathetũ faciẽdum dediſti. Iuſtinianus quoq; lib. 10. l. pri. Artifices inquit, diathetarij. i. calices diathetos fabricantes.

Dienſes populi ſunt Macedonię, a Dio colonia dicti, hos Pauſanias Diaſtas appellat, apud quos gymnicũ certamẽ agebatur. Paul. lib. vlt. tit. de cẽſib. In Macedonia, iqt, iuris Italici ſunt Diẽſes.

Diffin-

Diffindere diē, & diffiſſio diei, qđ ſignificet, nō eſt in promptu, neq̧ cur ſic dicatur. Gelli⁹ lib 13. Iuſſi inquit diem diffindi. Et iterum. In dierū diſ fiſſionibus & cōperendinationibus. Vlpia. li. 8. di, tit. ſi quis cautionibus. l. non extinguemus. Si qs inquit cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa nō ob temperauerit. Si quis ait in iudicio ſe ſiſti promi ſerit, & valetudine vel tempeſtate vel vi fluminis ꝓhibitus ſe ſiſtere non potuit, exceptione adiu, uatur, nec immerito. Cū enim in tali promiſſione præſentia opus ſit, quomodo poterit ſe ſiſtere, q aduerſa valetudine impeditus eſt, & ideo etiā lex duodecim tabularū, ſi iudex vel alteruter ex liti, gatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diem iudicij eſſe diffiſſū, ſic enim legitur in pādectis ar chetypis Florētinorū, nō diffuſum, videturq̧ ſigni ficare diē intercisum, ſiue icapedinatū atq̧ dilatū.

Diffundi vina proprie dicuntur, quæ poſtea ꝙ defecata ſunt, in dolijs conduntur tranſuaſan, turq̧. Iuuenalis. Ipſe capillato diffuſum conſule potat. Et Horatius. Vina bibes iterum tauro diſ fuſa. Iulianus libro. 32. de legat. 3. l cum quæritur. Nam ſi vina diffudiſſet habiturus vſui. Itē Pro, culus lib. 33. de tritico & vino leg. l. cum vinum. Cum vinum inquit, quod in amphoris ſeu cadis diffuſum eſt.

Digitus aquæ, eſt modulus vnde ſalientes tali menſura cenſentur. Frontinus de aquæ du, ctibus. Aquarum moduli aut ad digitorū aut ad

vnciarum mensuram redigendi sunt. Est autē di/gitus sextadecima pars pedis, vncia vero duodecima. Quemadmodū igitur inter vnciā & digitū diuersitas ita & ipsius digiti, nā alius vocatur q̄dratus, alius rotūdus. Hęc Frōtinus. Paul. li. 8. di. de seruitutib. rusti. prædi. l. Lutius titius. Digitum tibi dono aquæ. Accurlius per aquæ digitū intel/ligit quantū fluit per digitū statuæ.

Diœcesis per œ diph. in secunda scribitur, & non diocesis, vt vulgo legitur, nec̨ accētu in ter/tia a fine, vt omnes proferunt, sed in penultima. Item Diœcetęs, non diocetes pro diœceseos prefecto. Est autem diœcesis gubernatio siue dispositio, & diœcetes gubernator siue procurator. Cic. in epist. Ex prouincia Ciliciensi cui scis tres diœceses asiaticas attributas esse. Iustin. ti. de episcopali audientia. l. archigerontes & diœcetæ.

Diplomata, sunt codicilli siue libelli, ī quibus beneficia a p̄ricipibus impetrantur, quales nostro sunt tempore quas appellat, bullas, dicta q̨ in duplicib9 tabellis solitę sūt cōcedi supplicib9. Suet. in Augusto. In diplomatis libellisq̨ & epistolis signādis. Idē in Nerone. Diplomata ciuitatibus singulis obtulit. Cic. in epist. ad T. Appiū. Diploma inquit. statim nō est datum. Apud iurisconsult. accipitur ꝓ itineris festinatione, hoc est, cū per dies singulos duplicia itinera cōficiūtur. Venule9 li. 45 dig. de verbo. obliga. l. continuus. Quibus inquit, quasi interpretatio quędā inserta est, is qui

Ephe

Ephesi se daturũ spopõderit, vt neq; diplomata, hoc est, diebus ac noctibus & oi tẽpestate cõtẽpta iter continuare cogatur. Et sequitur. Quod si diplomate ac fœlici nauigatione maturius q̃ qs quã peruenerit Ephesum, confestim obligat⁹ est. Modestinus lib. 48. ad leg Corneliam, de falsis: l. Falso inquit, diplomate cõmeauit.

Dispungere siue expungere est transuerso calamo rationẽ cãcellare. Seneca de breuitate vitę. Dispũge, inquit, ac recense vitæ tuę dies. Apule. de deo Socra. Si cotidiana eorũ dispũgas, inuenies multa rationibus prodige diffusa. Item de verborum signific. l. cognoscere. dispungere, inquit, est cõferre accepta & data, & ex ea collatione, vt ait Accursius, cã cellare qđ est redditũ. Hinc ẽ dispunctio. onis, pro ipsa rationis cancellatura, vt apud Tertullianũ i apologetico. Ad vtriusq;, iquit, meriti dispunctionẽ. Vlpianus li. 42. dig. ti. de bonis autori. iudi. possi. l. complures. An recognitio, inquit, & dispunctio concedenda sit creditoribus. nam quod in quibusdam codicibus legitur disputatio pro dispunctio mendum est.

Dissidium, iter virum & vxorẽ idẽ est qđ diuortiũ, hoc a diuertendo, illud a dissidendo appellatum. Terent. in And. Valeãt qui inter nos dissidia quęrũt. Idẽ in Ecyra. Nihil mali ẽ qđ sit dissidio diguũ. Papíni. li. 48. dig. ad leg. Iuliã de adulterijs. l. miles. Quæro inquit, an causam dissidij præstitisse videar.

Distrahere, pro eo quod est vendere, aut auctioni exponere. Suetonius in Vespasiano. Coemendo quædã tantũ vt postea distraheret. Gel. li. 19. Sicut nunc, inquit, bona venũ distrahũtur. Vl. in tit. de trãsactionibus, l. si vni. Si vni inqt, pluribusue fundus fuerit distractus. Titulus est prętrea li. 20. dig. de distractione pignorũ.

Diuortium, vt paulo ante diximus, idẽ est pe quod dissidium, hoc dictũ ab eo quod vir & vxor dissideant, id est, dissentiant inuicẽ, illud qđ in diuersas partes vertantur. Fiebat autẽ diuortium per illa verba quæ sunt apud Plaut. Res tuas tibi habe, quæ mea, redde mihi. Paul. in tit. de verborum significatione. Inter diuortiũ & repudium hoc interesse dicit, qđ repudiari etiã futurũ matrimoniũ potest, non recte autem sponsa diuertisse dicitur, quod diuortiũ ex eo dictũ est, quod in diuersas partes eunt qui discedunt. Est præterea titulus de diuortijs, lib. 23. dig.

Doliũ vas fictile ẽ, vino atq; alijs rebus cõdẽdis aptissimum. Plin. lib. 13. Mitiores, inquit, plagę dolijs condunt vina, infodiũtq;. Cato de re rust. Dolia olearia decẽ habeat. Vlpia lib. 33. dig. de fundo instructo. l. instrumẽta. Dolia, inquit, licet defossa non sint & cuppæ. Idem de auro & argento legato. l. Dolia inquit fictilia, quibus terra adiecta est. Inde doliarius, qui facit dolia, & doliarius, a, um. & doliaris, re. ad dolia pertinens. Plinius lib. 3. A figlinis, inquit, doliariorum. Et Paul. de fundo

do iustru .l.tabernæ. Doliaria,inquit, vasa & an cones. Item .l.si vinum .Si doliare,inquit, vinum emeris.

Dolones,hastæ sunt in quibus tanquā in vaginis latent pugiones, dicti ab eo quod dolus subeat. Virg.lib.7.Sæuosq; gerunt in bella dolones. Suet.in Claudio. Cū dolone ac venatorio cultro præcinctes. Alphenus lib.9.dig.ad legē aquil. l. si ex plagis. Flagello inquit,quod in manu habebat,in quo dolon ierat, vulnerare tabernariū coeperat. vbi mendose pro dolon legitur doler,neq; min⁹ falso Accursij interpretamēto loc⁹ enarrat⁹.

Donaria,inquit Valla cōtra Seruiū,nō sunt loca in tēplo vbi dona reponūtur, sed potius ipsa quę offerūtur dona. Virg.3.Geor. Imparibus ductos alta ad donaria currus. Luc.in 9. Neq; æois splendent donaria gēmis.Paul.li.49.de re militari.l.qui excubias.donariū pro donatiuo posuit. Itē C.de sacrosanctis ecclesijs.l.sancim⁹.p dono posuit Iust.dicēs.vasa vel vestē cęteraq; donaria.

Duracinæ vuæ dicūt,& duracina persica. De vuis duracinis lēma est apud Martialē in disti. de persicis duracinis. Plin.lib 15. Duracinis inquit, hæret corpus. Iurisconsultus de verborū sig. l.q fundū. Qui fundū inquit,vendidit, pomūq; excepit ficus,nuces,& vuas duracinas, dūtaxat & purpureas,& quæ eiusdē generis essent, & quas nō vini causa haberemus,quas Græci trozimus appellant. Lege in verbo trezimos.

E.

EDitus bouis pro ster core quo in qᵉ buſdam regionibus vtuntur, dictꝰ ab edendo i. extra mittendo. Iuriſ/ cōſultus in ti. de lega. 3. l. ligni appellatione. In q̄ buſdam prouinciis editu bou ad hāc rē vtuntur.

Effringere, eſt furandi cauſa ianuas frangere. Terent. in Adelphis. Fores effregit, atq; irruit in ædes alienas. Inde effractores dicti. Iulius Firmi- cus. Mercurius, īquit, in ariete in octauo ab horoſ copo loco effractores facit; Vnde in libris dig. tit. eſt de effractoribus, ſiue de ijs qui carcerē effrege- runt, ſiue ijs qui furandi cauſa ianuas domorum priuatarum inuaſerunt.

Electri duo ſunt genera, alterum eſt lachryma deflués ex arbore gleſſaria, i in ſulis germaniæ ſep tentrionalibus, quas gleſſarias ſiue electrides di- cunt, quæ deinde congelaſcens in lapidis duriciē vertitur Vir. in Buc. Pinguia corticibus ſudēt ele/ ctra myricæ. A latinis Succinum appellatur de q̄ in verbo ſuccinum. Alterum electri genus eſt me tallicum, idq; duplex, aut cui per artem in auro argenti quinta pars miſcetur, aut quod per natu ram ſic mixtum reperitur. Plinius lib. 33. Vbicū/ que inquit, pars quinta argēti portio eſt in auro, electrum vocatur. Silliꝰ lib. 1. punicorū. Electri ge mino pallēt de ſemine venæ. Iuſtinia. in libris In/ ſtitutio

stitutionum, in titulo qui est de rerum diuisione. Si diuersæ inqt, materiæ sint, & ex ijs diuersa species facta sit, vt ex auro & argento electrum. Item de legatis tertio. l, pediculis. Vasis inquit, electrinis legatis nihil interest quātū ea vasa argēti atq; electri habeant, sed vtrū argētū electro, an electrū argēto cedat. Illud quoq; de legat. 1. Si quis putat electri appellatione argētū vel aurichalcū contineri. Accursius nūc dicit eē preciosam materiā quę iūgitur argēto, nūc gen9 metalli, nūc gen9 vasis.

Elenchus, lapillus est ex genere margaritarū. Plin. li. 9. de vnionibus hoc est grandioribus margaritis loquēs. Elenchos inquit. appellat fastigiata lōgitudine. Et Iuuen. de inauribus fœminarū. Auribus extensis grādes cōmisit elenchos. Paul. in ti. de auro & arg. legato. l. pediculis. Itē cū inaures, in quibus duę margaritæ elenchi & smaragdi duo legasset & postea elenchos detraxisset.

Elogiū, est testificatio de aliquo, honoris vel vituperationis causa. Cicer. in 1. Thus. Quid ipsa monumēta, quid elogia significāt. Idē de senectu. In quē illud elogiū vnicū plurimæ consentiūt gētes. Vlpia. lib. 21, de ædilitio edicto. l. ædiles aiūt, paululū deflexit significationē cū dicit. Elogiū huic edicto subiectum est. De elogio in propria significatione hoc est pro testimonio, sed in malā partem. Martianus lib. 48. dig. tit. de custodia & exhibitione reorum. l. Diu9 Hadrian9. Qui cū eo inquit, elogio mittuntur, ex integro audiēdi sunt.

Et

Et infra in codē, in titu. in lege Celsi, cuius initiū est, non dubiū. Remittat inquit, illū cū elogio ad eū qui ei prouinciæ pręest, vnde is homo est.

Elusco, as, est aliquē altero oculo orbare, nā luscus est qui altero oculo caret, nō vt quidā putauerūt, qui lumine adhibito nihil videt. Vlpia. li. 13. dig. de cōditione triticaria. l. in hac actione. Si quis inquit, post moram seruū eluscatū dederit. Idē lib. 9. ad legē Aqui. Iulianus inquit, scribit aquilia teneri eū qui eluscauerit in disciplina discipulū. Ita de Eluscatio. onis, pro eluscādi hoc est altero oculo priuandi actione. Nā quod Vlpia. scribit in ti. de ædilitio edicto, l. Idē Offilius. Eluscatiōnē eā quidā putāt vbi homo lumine adhibito nihil videt, qui id dixerunt nō sunt audiendi, quia nulla freti autoritate id dicūt. Quid enim luscus significet suo in loco videbis.

Emansor, miles is dicitur, qui extra castra vagatur animo reuertendi, eoq; distat a desertore, quemadmodum & Erro dicitur seruus, qui eo quoq; animo errat, vt ad tēpus reuertatur, sicut fugitiuus qui non habet animū reuertendi. Modestinus lib. 49. dig. de re militari. leg. desertorē. Emansor, inquit, est qui diu vagatus ad castra reuertitur.

Emblemata, sunt quędā ornamēta vasorū quę addi atq; detrahi possunt, dicta ab emballo quod est impono siue intersero. Plin. lib. 33. Vlysses inquit, & Diomedes erāt in phialæ emblemate. Ci

cero

cero quoq; in Verrē, emblematū in vasis memi-nit. Vlp. in ti. de auro & arg. lega. l. si gēma. Emblemata rectè legantur & separantur & præstāda sunt. Et in eodē tit. l. & si quę est Pōponij. Ea quæ inaurata sunt nō deberi, neq; aurea emblemata. Itē Vlpia li, 10. ti. ad exhibēdū. l. tigni. Si an sam scypho iniūxeris vel emblemata phialę.

Emeriti, dicuntur milites, qui sunt exautorati, hoc est militiæ sacramēto soluti, quibusq; iā donatiuū est persolutū, dicti ab eo, quòd mereri, hoc est stipendiū facere desierint. Lucan⁹ in pri. Quę sedes erit emeritis. Modeſtinus de re militari. l. desertorē. Si expleto tēpore militiæ redeat, veteran⁹ restituatur, & emerita accipiat.

Emerita, & emeritēsis, colonia ciuitas est Lusitanię nominatissima, Augusta cognominata, na, vt scribit Dion. de victis Cantabris & Asturibus eā vrbē illis, qui supra ætatē essent, emeritis, Augustus habitandā concessit. vnde vrbs appellata Emerita Augusta, ex nomine cōditorū & Augusti. Paul. lib. 50. dig. tit. de censibus. An Lusitania inquit, Pacenses & Emeritenses.

Emiseni, populi in Emisena regione apamena cœles Syrię, vbi & Emisia ciuitas est, de quibus & in eodem tit. de censibus Paulus inquit, Imperator noster Antoninus ciuitatem Emisenorum coloniā iuris Italici fecit.

Emphyteosis, interpretatur insitio ab emphyteuo quod est insero siue planto, nam phytō est pla-

planta. Et quod in libris iuriſconſultorum dicitur emphyteoſis, & fundū dari in emphyteoſim, proprie dicitur, hoc eſt in plantationem. Improprie dicitur de omnibus alijs, puta de area, & quicūq; poſſunt vt ipſi dicunt, recipere melioratione. Inde deducit emphyteoticus, & emphyteotecarius.

Emphracta, nauigia dicūtur quæ ſunt tecta, a verbo græco emphracto quod eſt tego ſiue claudo, ſicut econtrario Aphracta dicūtur quæ nō ſunt tecta ſed aperta. De quibus Cice. ad Atticū. Nos Rhodiorum aphractis trāquillitates aucupaturi eramus. Vlpia. li. 14. dig. de excitoria actione. l. 1. Quædam inquit, ſunt naues onerariæ, quædā emphractæ, nō emphatæ, vt pleriq; oēs codices habēt.

Emplaſtrū, vt inquit Celſus lib. 5. hoc diſtat a paſtillo, quod emplaſtrum liquati aliquid accipit, in paſtillo tantū arida medicamenta aliquo humore iunguntur, dictum emplaſtrum ab emplatto qd' eſt fingo ſiue formo. Caius lib. 41. dig. de acquirendo rerū dominio. l. ideo.

Epidimetici dicūtur hoſpitiorū metatores in vrbe, dicti ab epidemia qd' interpretatur in vrbē aduentus. Vnde in C. Iuſtinia. tit. eſt de epidemiticis & metatis. l. verbum metator ſiue metatus.

Epiſcopus, ſpeculator ſiue explorator interpretatur, dictus ab epiſcopeo quod eſt conſidero. Cicero ſcribit ſe epiſcopum deſignatū a Pompeio vt oram Campaniæ maritimam ſpeculetur. Arcadius de muneribus. l. munerū, Epiſcopi inqt, qui

qui pręsunt pani, & cæteris venalibus rebus.

Episromium, inquit, Merula est foramen, per qđ aqua defluit ex cōcha, labro, vel cratere. Varro de re rust. lib. 3. Epistomijs versis ad vnūquēq; factū. dictū inquit, quasi in ore, vel potius ab epistomizo, quod est obturo, vt sit epistomiū canalis operculū. Vlpia. lib. 19. titu. de actio. empti & venditi. l. fundi. Castella plūbea, opercula puteorū, epistomata. Legitur & epitonium apud Senecā lib. 13. epist. Nisi aqua inquit, rigentē epitonia fuderint. Et apud Vitruuiū li. 10. sępe in eodē significatu ponitur. Interpretat̄ autē epitoniū, ligamētū.

Epitome, interpretatur breuiariū .i. vbi res in cōpendiū rediguntur. vt Vlpia. lib. 46. de accepti lationibus. l. an inutilis. Epitomatum, inquit, liber Labeonis. Vtroq; enim modo declinatur, epitome es, & epitoma atis.

Epulum, inquit Valla, est conuiuiū numerosis ciuibus exhibitū in honorem deorū, aut in ostētatione magnificentię, aut in funere parentali. Gel. li. 11. Solēni die epulū Ioui libaret, atq; ob id sacrificiū senatus in Capitolio epularetur. Horat. 2. ser. Gladiatorum dare centū Damnati populo paria atq; epulū arbitrio. Arrius Iurisconsultus de legatis in quadam lege, cuius initiū est ad munus. Vel si epulum, inquit, relictum fuerit.

Eremodicium, interpretatur desertio siue solitudo, nam Eremus desertum interpretatur, & est eremodicium quando reus damnatur ex eo qđ i

 iudi-

iudicio non comparuit, quasi desolatũ siue desertũ sit iudiciũ ꝓpter rei absentiã. Pompo. li. 4. di. ti. de minoribus. 25. annis. l. & si, Restitutionẽ eremodicij præstari debere, ꝑ q̃ mędolę hermocidiũ.

Ergasterium, interpretatur officina, vbi ab artifice aliqd' fit opus. nam ęrgon est opus siue officiũ. Vt in codice Iustiniani: ti. de episco. & cleri. l. omnis. Ex ergasterijs, inquit, & tabernis cõquirere potuit, Itẽ lib. 11. de epedimiticis & metatis. l. in quae liber, ĩquit, ergasteria, quę mercimonijs deputãt. Papinianus libro. 43. de via pub. l. Aediles. Vt ante ergasteria nihil proiectum sit.

Errones serui dicuntur qui vagantur sine causa, animũ tamen habent redeũdi ad dominos. Fugitiui tamen qui eo animo fugiunt vt nõ redeant. Eo quoq; modo ex proportione habent se desertores & emãsores. Arrianus lib. 49. de re militari. l. qui cũ: Erro, inquit, in seruis est vt emãsor in militibus. Item lib. 21. qui est de ędilitio edicto. l. qs sit fugitiuus. Sed ꝓprie inquit, errone sic definimus, non qui fugit, sed qui frequẽter sine causa vagat. Labeo ita definit errone paruũ fugitiuũ esse.

Etiam particula est consentientis, sicut Nõ est negantis. Priscia. li. 7. interrogãti, legis? etiã vel nõ respondemus, Plin. in epist. Studes inquã? respondit etiã. Et illud ex euangelio: Intellexistis hęc oĩa? dicunt ei, Etiam. Iurisconsultus de verborũ obliga. l. pri. & respondent: quidni, etiam, nã vtrumq; aduerbium consentientis sit.

Etiamnum, pro adhuc apud Plinių & Cornelium Celf. frequenter legimus. Ouid. 13. Meta. Etiamnum libera cœlo brachia. i. adhuc. Idem li. 14. Spectātē vultus etiānum cęde madētes. ꝑ adhuc vtrobiq;. Vlp. ti Arborū furtim cęsarum. l. Item etiamnum reponi poteſt.

Eueſtigio, pro continuo ſiue ſtatim, Priſci. li. 18. Romani, iquit, eueſtigio dixerunt, vel quod ſtans aliquis in eodem veſtigio facit, vnde Statim quoq; dicitur, vel quātū tēpus eſt in vno veſtigio faciendo, quod eſt breuiſſimum. Scęuola lib. 3. de negotijs geſtis. l. diuortio facto. Nō, inquit, eueſtigio in officio deliquit. Accurſius quid e veſtigio eſſet, nō intelligens, in principio geſtionis exponit.

Exacta, dicuntur illa quæ ſunt perfecta, & ad quæ vltima vt aiunt, manus impoſita eſt, alias exacta ſunt quæ iam pręterierunt. Virg. 1. geor. Exactū ad menſem pluuia ventiſq; carebit. Idem in. 3. Exactis grauidę cū mēſib⁹ errāt. Pau. li. 44. ti. de actio. & obliga. l pri. Exactiſſima, inquit, diligētia in priori videlicet ſignificatione.

Exaggerare, eſt accumulare, nam agger, eris, eſt terra accumulata. Cæſar in cōmentario Hiſpanienſi. Mortes mortibus exaggerabāt. & per trāſlationē Cice. Nihil eſt ad exaggerandū orationē accōmodatius. Vlpia. tit. de itinere actuq; priuato. l. Vnde Aut deprimat, aut exaggeret iter.

Exautorare, eſt militem ſacramento militię ſoluere, quemadmodū ediuerſo Autorare, eſt militē

sacramento sibi obligare. Plinius Cęcil. in epist. Cęsar excussis probationibus centurionē exautorauit. Senec in. 4. epist. Exautoratus ac liber q̄ viuit vita priuata. Vlpia. tit. de ijs qui notātur infamiā, l. quod ait. Sed & si eū, inquit, exautorauerit, id est, insignia militaria detraxerit. Quod si per insignia militaria Iulianus intelligit horū insignia, falsum est interpretamentū, nā potest qs exautorari, & nō amittere insignia honorū, emeriti nāq; exautorātur citra honorū amissionē. Est enī vt diximus exautorari, à militia dimitti. Itaq; cōmodius exposuit Arrianus in tit. de liberali causa. l. qui de libertate. Exautoratus, inquit, id est à militia remotus. In quo significatu accipiendum est in titulo de re militari.

Exconsul dicitur q̄ perfunctus est consulatu, sicut Exquestor qui perfunctus est quęstura. vsitatius tamē ille dicitur Cōsularis, hic vero Quæstorius. Iustinianus in procœmio codicis. Thomā inqt, quęstorē Sacri palatij & excōsulē, nō q̄ cōsulatū dimisit, vt exponit Accursius, sed quod est pfunctus consulatu, vt diximus.

Exemptilis, e, dicitur illud quod potest exemi siue detrahi ab alia re. Columella lib. 9. de re rustica. Idcirco sunt exemptiles, vt cū res exigit, à paxillis deductæ liberum exitum præbeant. Vlpi. de auro & arg. legato, l. argumēta. Lapides siquidē exemptiles sunt.

Expungere, idē est quod supra diximus, dispūge

gere,hoc est calamo transuerso rationē cācellare. Plautus in Cistel. Nunc quod reliquū restat, volo persoluere,vt expūgatur nomē,ne quid debeā Persi. Pupillū ue vtinā quē proximus hęres impello expūgā. Hermog.ti.de diuersi.& tēpora.l. in omnibus. Rationes inquit,reipub.subscriptę & expunctæ.

Extricare,est quod intricatū est expedire atq; resoluere,siue enodare. Vlpia.lib.9. ad legē aquiliā.l.si seruus seruū.Si cū margaritas,inquit,maritus dedisset in vsum extricatas, easq; inuito vel inscio viro perforasset. Margaritæ nāq; non possunt intricari in lineā vel in vestem, nisi perforētur, igitur extricatas dixit pro solutas,& nō perforatas neq; in lineam redactas.

F.

FAlx messoria, est qua frumentū metitur. Falx putatoria,qua vites aliæque arbores putātur. Falx fœnaria q̄ fœnū secatur,quę dumaria quoq; dicitur,qua etiam spinæ vepresq; cædūtur. Vlpia. de fun.instr. l.instrumēta. Falces inqt,messoriæ,putatoriæ.

Familia,tum pro pecunia accipitur rebusq; hęreditarijs,vt in lege duodecī tabularū cuius verba ponuntur in titulo de verborū significatione Agnatus,inquit,proximus familiā habeto.i. hęreditatē,hinc est titulus apud iuriscōsultos de fami-

lia herciscunda, id est, diuidenda hæreditate. Alij as familiæ appellatione famuli & serui proprie continentur, vnde & familia dicta est. Vlpia. lib. 43. de vi & vi. l. pri. Familiæ inquit, appellatione serui continentur. Item Vlp lib. 11. de ædilitio ædicto. l. ædiles. Familię inquit appellatione omnes q in seruitio sunt continentur, etiam liberi. Hinc patres familias & familiarum dicti, & dicitur familias in genitiuo casu, quod apud antiquiores nomina primæ declinatiōis in a terminata, as faciebāt genitiuū, vt Næuius, Rubens atq; purpureus filij terras, & Liuius andronicus. Escas habemus mētionē, pro terræ atq; escæ, neq; habet accentū in vltima, quomodo nūc vulgus loquitur, sed in tertia a fine familias, hoc est, in secūda syllaba

Ferruminare, est per eandem materiā conglutinare, quēadmodum ferrū ferro adglutinatur, non interueniente alia materia, Plaut. in milite. Labra labellis ferruminauit. i. præmendo adglutinauit. Pom. li. 41. de acquirēdo. re. do. l. quidquid. Quidquid, inquit, alieno argēto ferruminaueris. Callistus quoq; apud Pau. Ferruminatio, inquit, per eandē materiā facit confusionem, lege Replūbo as, & quo differat a ferrumino as.

Figlina, æ, est officina figuli. i. illius qui facit vasa fictilia. Plin. lib. 7. Figlinas inquit, primus inuenit Chorœbus Atheniensis. Idē lib. 35. In crudis fictilibus vrūt donec figlinū pcoquatur. i. opus figuli in figlina factum. Iurisconsultus de auro & argento

gento legato. l. fundi. Cum in fundo, inquit, figlinas haberet, & in titulo de seruitutibus rusticorum praediorum sępe.

Fiscus, siue fiscina, siue fiscella, textū est ex sparto. Est praeterea fiscus, textum in quod oliuae tritę immittūtur, vt torculari expressę exudent oleum cum amurca. Columella libro. 12: Intrita oliua nouo fisco includitur. Plinius libro. 15. Fiscinas olearias spongia tergendas Vlpianus in titu. loca. tit. l. sed ades. Fiscos, inquit, quibus ad prę mēda olea vtimur. Fiscus; ex sparto quoq; est saccus in quo numerosiores pecunię adseruātur. Iuue. Incremēta domus ęrata multus ī arca fiscus. Cice. in Ver. Fiscos cōplures cū pecunia. Sed quia principis pecuniae vectigales ita magnae sunt vt nequeāt loculis aut crumenis minoribus capi, cōsuerunt deferri in sparteis fiscis. Inde fiscus ꝓ pecunia publica plerūq; accipitur. Iuuen. Quidqd cōspicuū pulchrūq; ex aequore toto est. Res fisci est vbicūq; natat, vnde apud iurifcōsultos titul9 est de iure fisci. & de fiscalibus debitoribus & exactoribus saepe legimus.

Flauius, cognominatus est Iustinianus Imperator, non quod Flauios deuicit, vt Accursius interpretatur, neque quod capillos habuerit flauos qđ nusquam legitur, sed quod fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerunt Vespasian9, Titus, & Domitian9, de quo Iuuenalis. Dum iā semianimē lacerarct Flauius orbem Vltimus.

Fomēta, sunt medicamēta, dicta à fouendo, hoc est, calefaciēdo & recreādo. Ouid. Fomētisq; iuuas vulnera nostra tuis. Inde est fomētare, & fomētatio, vt apud consultos iuris de legatis 3. lege si cui. Nec ea quidem quæ fomentationis causa parata sunt.

Forma sutoris est lignū illud quo calcei informantur. Horat. secundo ser. Si scalpra & formas non sutor nautica vela. Vlpia. in titulo ad legem aquiliam l. sed & si. Si forma inquit, calcei ceruicē percussit. Itē Vlpia. titulo locati l. item quærit. Si forma calcei tam fortiter ceruicem percusserit.

Fugitiuus seruus, quo distet ab errone, diximus in verbo erro onis. Definitur autē ab Offilio in titulo de ędilitio edicto, in hunc modum. Fugitiuus est, qui extra domini domum, fugæ causa quo se à domino celaret mansit. Fugitiuarius autē est, ad quem se fugitiuus receptat, locus quoq; fugitiuarius dicitur, vt apud Varronem lib. 3. de re rustica, de cochleis: Fugitiuarius inquit, parandus est illis locus. Papinianus lib. 21. De præscriptis verbis. le. si apud. Si apud te inquit, ego & fugitiuarius deposuimus.

Fulcimentum, sustentaculum dictū a fulciendo, hoc est, sustentando siue sustinendo. Macrobius. 7. saturn. Desertum iam fulcimentis suis labitur in ruinam. Apuleius in primo de asino. Pede altero fulcimentum quo sustinebat repello. Vlpian9 de fundo instructo, l. quæsitum. Proinde, inquit, fulcimen

fulcimenta si qua habeat.

Fultura quoq;, idem est quod fulcimentum, dictum vtrumq; a fulciendo .i. sustinendo. Vnde Horat. per translationem dixit in 2. serm. Ingens accedat stomacho fultura ruenti, & Plin. Cæcilius in episto. Corporis fulturis animus sustinetur. Vlp. in tit. Si seruitus vendicetur. l. sicuti autem. Sicuti, inquit, refectio parietis ad vicinum pertinet, ita & fultura ædificiorum vicini.

Fullo, onis, est qui vestes polit emaculatq;, non quod vulgo persuasum est pānarius. i. lanicij artifex. Martial. Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Fullonicam Nicias Megarensis primus omnium inuenit, vt scribit Plin. 7. Plautus in asinaria. Nō didicisti fullonicam non mirandum est. Vlpianus libro 47. de furtis. l. itaq; fullo. Fullo, inquit, vel sarcinator qui polienda vel sarcienda vestimenta accipit. In alia quoq; lege cuius initium est, sed si, diuersoria vel fullonica appellantur.

Fundus, est, quicquid in solo possidetur, puta prædium vrbanum, prædium rusticum. Seruius in illud Virgilij. 2. Geor. Diues opum variarum ac latis ocia fundis. Fundus, inquit, dicitur ex eo quod omnium rerū sit fundamentū. Vlpia. tit. de verborum signific. l. locus, inquit, est non fundus, sed portio fundi; fund⁹ autē aliqd itegrū est, & infra. lege. questio. & iterum lege. fundi. Fundus, p vasis potorij fundamento, ad cuius similitudinē, inquit, Festus, fundus dicitur ager qui planus sit.

Martialis lib. 8. Hi duo longæuo censentur Nestore fundi. Palus lib. 41. de acquirendo rerũ dominio. l. sed si. Cuiusmodi poculi fundus ille sit. Scypho, inquit, fundus aut ansa.

G.

GArũ salsugo erat ex certis qbusdã piscib9, puta Scõbro, Halecę, Lacerto, & huiusmodi, vtebantur autẽ eo pro salsamento siue conditura aliorũ ciborũ. Gari meminerunt poetæ multis in locis. Plinius, Apicius, Galenus, cæteri. Vlpia. lib. 33. de penu leg. l. qui penum. Garum, inquit, amurca, mel. Accursius salsamenti genus esse dicit, ipsa veritate coactus, sed quod sit non dicit.

Geni9, est deus vniuscuiusq; hominis præses, cui nos angeli boni nomẽ indidimus. Symmachus in oratiõe cõtra Christianã religionẽ, cui respõdit D. Ambrosius. Vt animæ inquit, nascentibus, ita populis fatales genij diuiduntur. De genio principis Persius poeta, Dijs igitur genioq; ducis centum paria ob res Egregie gestas induco. Vlpia lib. 12. de iure iurando. l. si duo. Si quis inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis.

Germanicus, Drusi Neronis filius ex iuniore Antonia. M. Antonij triumviri filia a Tiberio Cęsare patruo adoptat9 fuit, qđ ab Augusto nõ alia ratione fuerit adoptatus q̃ si ab eo Germanicus adoptaret

adoptaretur. ex Tranquillo. & Iustinianus imperator lib. institutionum pri. Sic inquit, diuus Augustus non antea Tiberium adoptauit, q̃ is Germanicum adoptauerit, vt protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos esse. Accursius tanquam de personis ignotis & obscuris loquens quendam nomine Tiberium & quendã nomine Germanicum appellat, qui quasi non sit Tiberius qui successit Augusto in principatu, & Germanicus ille qui præterq̃ ingenij monumenta quæ adhuc extant, & præterq̃ quod Gaium Caligulam genuit, & quod quæsturam per quinquẽnium administrauit, & quod bis consul fuit, quiq; mortuo Augusto cum ab exercitu Cæsar salutaretur, Imperium recusauit, atq; de Germania triumphauit, vnde illi cognomentum, quiq; ad oriẽtem profectus, Armeniæ regem superauit, Capadociam in ꝓuinciæ formã redegit, atq; Antiochiæ obijt, agẽs ætatis annũ quartũ & trigesimum.

Gymnasium, locus est vbi nudi exercẽtur, maxime in palestra, quoniam gymnos nudus interpretatur. Manilius lib. 4. Gymnasiũ pręfert vultu, fortesq; palæstras. & per translationẽ ꝓ scola & literarũ exercitio. Iuuẽ. Transi Gymnasia atq; audi facinus maioris abollæ. de excusationi. l. sed & Medicos inquit, immunes esse a Gymnasijs.

Glans, complura significat, sed significat⁹ deducuntur ab arboris glande, cuius tredecim genera ponit, Plin. Iurisconsultus tamen latius diffinit glan-

glandis appellationem in titu. qui est de glande legenda. leg. prima. Glandis, inquit nomine omnes fructus continentur. Item de verborum significatione. l. qui venenum Item l. silua.

Glarea, terra est lapillis permixta, qualis est quę post effossum terræ tergum ex scrobibus eruitur, Virg. 2. geor. Nā ieiuna quidē cliuosi glarea ruris. Colu. lib. 2 Cū parte dimidia lapides minutos vel glareā repererint. Paul. lib. 30. de aqua pluuia arcenda, l. supra iter glarea iniecta. Itē de via publica. l. pri. In viam terrenā glaream immittere.

Glauciū, vnguēti genus est, siue ex herba glaucio sic dictum, quod valet ad oculorū scabricias, siue glaucinū. i. viride, quale est quod chirurgi tēpestatis nostrę vnguētū apostolorū vocant. Pōpo. tit. de auro & arg. leg. in l. in argento. Vnguentis autem legatis, non tantū ea legata vidētur quibus vngimur voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt conagena, glaucina, crina, rhodina, murrha, nardum purū. Conageni vnguēti a congena Syria vnde aduehebatur, cognominati, meminit Gale. in 3. decameridō, Crina. vnguēta sunt quæ fiūt ex lilio rubenti. Plini9 lib. 21. vbi de Liliј generibus. Est inquit rubens Liliū quod græci Crinon appellant, Rhodina dicta a Rhodo qđ est rosa. Per Nardum purum, pisticum. i. nō adulteratum intelligit.

Grammatophylaciū, locus est vbi publice literarum monumēta seruantur, a grāmatis hoc est lite-

literis,& phylazo seruo. dicitur etiā Archion siue Archiuū. Vlpi. lib. 48. dig. tit. de pœnis. l. moris. Quo loco inquit, in publico instrumento depo-nuntur, Archiuo forte vel grammatophylacio.

Grassari videtur verbū ab impetu gradiendi, & qui ex insidijs viatores adoriuntur, grassatores dicimus. Iurisconsultus de suspectis tutoribus. l. quia grassandi inquit, in re familiari facultatem præstat. & ibidem. l. tutor. Si forte inquit, grassatus sit in tutela, in l. quoque cuius initiū est apud Labeonem. Deinde inquit, mulæ a grassatorib9 fuerint ablatæ.

Guttrosus, is dicitur qui guttur habet tumidū, quale genus hominū in locis montanis videmus, de quibus Iuuenalis. Quis tumidū guttur mirat in alpibus. Vlpia. titu. de edilicio edicto. l. qui clauum. Si quis inquit, natura guttrosus sit.

H.

Hamus, cūm sit quo pisces capiūtur, & hami præterea sint ex quibus lorica texitur, necesse est apud Vlpia. in tit. de fundo instructo. le. instrumenta. Per hamos nos intelligamus annulos quosdam ferreos, ad multos vsus domesticos, puta e quibus equi, muli, & asini deligētur. Canales īquit & harpagones & hamos instrumētō cōtineri cōstat.

Harpagones, vnci sunt ad rapiendū apti, ab

harpa

harpago quod est rapio dicti, hos Plinius scribit ab Anacharsi Scytha primũ inuētos. Liui. li. 36. Asseres ferreo vnco præfixi, harpagones vocant milites. Item Vege. lib 1. de re militari. Habet legio ferreos harpagones, quos lupos vocant. Lege hamus supra.

Hercisco. is, est diuidere, nã hercium est diuisio. Cicero pri. de oratore. Qui quibus verbis herciũ fieri oporteat nescit. Idem Hersiscũdę familię causam agere non possit. Apuleius libro. 9. de asino. Neq; hercifcundæ familiæ, sed de communi diuidundo formula tractabo. lib. 10. dig. tit. est de familia hei ciscunda.

Hermaphroditus, veneris & Mercurij filius fuit, vnde & nomē illi, quoniã Hermes est Mercurius, & Aphrodite Venus: hic cũ i Salmacidis fōte nataret, a nympha dephēsus, ab eadēq; implicitus vtriusq; naturã reportauit, q̃ de re fabula est plonga apud Ouid. 4. meta. nunc autē hermaphroditi vocãt, q̃s antiquiores Androgynos. i. semiuiros & semifœminas appellãt. Plin. lib. 7. & Gellius libro. 8. sunt autores. Vlpi. tit. de liberis & posthumis. l. sed ē. Hermaphroditus, inquit, & maxime si in eo virilia præualebunt.

Hydromeli, a Græcis dicit quę fit apud latinos aqua mulsa. Hispani vocant adoxa, constat nãmque ex aqua & melle, vnde & nomē. nã hyder est aqua & meli mel. Pli. lib. 14. Fit vinum, inquit ex aqua & melle tantum, hoc vocatur hydromeli.

Idē li.31. Hidromeli quoq; ex imbri puro cū mel le tēperabitur. Vlpi,lib.33.di.in ti.de tritico & vino legato.l.si quis.Neq; ceruisia inquit continebitur,neq; hydromeli.

Hierophilax,acis, interpretatur sacrorū custos, qd' hieros est sacer.& phylazo custodio. latine tū Aeditui tū Aeditimi appellātur Sc̨euola in tit.de annuis legatis.l.annua.Sacerdoti inquit,& hierophylaci & libertis,pro quo mendose legitur gerophilaco.

Hierapolis,nomē est complurium ciuitatū,alia namq; est in Asia proprie dicta,alia in Creta,alia in Theutrania,alia in Syria, vnde Hierapolitani sunt appellati,de quibus Iurisconsultus in tit. de aqua cotidiana.l.pri.vbi legitur apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationē.Itē de pœnis.l.crimen.Hierapolitanis inquit,scripserunt.

Hypocaustū,fornax est in balneo subdita caldarijs calfaciendis,dictū ab hypo quod est sub, & cauo calefacio. Est præterea hypocaustum, fornax ad calefaciendum cubiculū siue cœnaculum, vulgus appellat stufas.Papinius in pri.siluarum. Tenuem voluūt hypocausta vaporem.Plini. Cæcil.in epist.Cohæret hypocaustū & si dies nubilus immisso vapore solis vicē supplet. Ambrosius li. 6.hexamerō.De hyeme forsitā quæreris,qa nulla tibi hypocausta anhelātibus ignibus vaporātur. Vlpi.de legatis lib.3.l.ligni appellatiōe.Siue diætarū siue hypocaustorū, siue ad calcē, Idē in titulo

man

mandati l. si quis mihi. Sphæristerium, inquit, hypocausta, & quędam valetudini apta. Accursius nunc ægrotorum dicit esse stationem, nunc subterraneum locum.

Hypotheca, interpretatur suppositio, & significat etiam pignus quod pro aliqua re supponitur. Vnde & apud Iurisconsult. titu. est de distractiõe pignorũ vel hypothecarũ. l. cũ tabernã. Nõ certificationẽ ĩquit, sed suppositionẽ a me accipere, hoc est vocabulo vsitatiori hypothecã. Itẽ lib. 20. de pignori. & hypothe. l. res. Inter pignus inquit, & hypothecã tãtũ nominis sonus differt. Hinc hypothecarius dictus, penes quem remanet hypotheca siue pignus, vt in tit. de separationibus. l. pri. Hypothecarius inquit, creditor.

Horreũ, est repositoriũ nõ solũ frugũ, frumẽti, & vini, sed cæterarũ quoq; rerũ, quę adseruari consueuerunt. De horreo frumenti Virg. 1. geor. Illius immensę ruperunt horrea messes. De horreo vini Horatius in Odis, & Iurisconsult. in tit. de fundo instructo. l. tabernã. Legauerat inquit, horreũ vinariũ cum vino & vasis & instru. De horreo aliarũ rerũ in ti. de emptione & vẽditio. Clauibus inqt, traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claues apud horrea traditę sunt, item in tit. locati. Dominus, inquit, horreorum effractis & compilatis horreis non tenetur. Hinc horrearius, qui prępositus est horrei custodię. vt lib. 19. di. in tit. locati & conducti. l. cum in

plu

plures. Rerũ,inquit, custodiã q̃ horrearius habet. Itẽ l, Cælius. Cũ horreario,inquit,agendũ. Et merces horreaticæ dicuntur,quæ in horreis adseruantur,vt in titu. de cõditis in publicis horreis.l.nulli.Codice.Nulli inquit,post hãc horreaticas species contingendi copia datur.

I.

IAnthinus,a,um,color est violace9, quoniã ion græce,viola interpretat latine.Pli.li.21.Appellata,inquit,ia, & ab ijs ianthina vestis,Persius.Hic aliquis cui circa humeros & iãthina læna est. Martial. Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ.Vlp.de lega. 3.l.si cui.Buccinũ,inquit, & ianthinum continet. Et fere quoties in libris digest.& in literis sacris legitur hyacinthinus color,intelligendus est violaceus,id est coloris violę.

Ilienses,dicti sunt populi ab vrbe Ilio,clarissima omniũ quę fuerũt in Asia,vel ex eo quod inde profecta est tota Romanorũ nobilitas. De qb9 Callistratus lib.27.dig.tit.de excusationib.l. non tantũ. Iliensibus,inquit,propter inclitam ciuitatis nobilitatem, & propter coniunctionem originis Romanæ.

Impostores,dicuntur deceptores,& qui fallunt præstigijs quibusdã,dicti ab imponẽdo,qđ est decipere.Iuuenalis.Facile est barbato imponere re

gi.& Martial, Callidus impoſuit nuper mihi cau po Rauennę. Vlpi.li.21.de ædilitio edic.l.ob quę vitia,nõ guloſos inquit,nec impoſtores. Accurſi us impoſtores interpretatur qui imponũt aliquid alicui. Inde dicta impoſtura,pro deceptione. Am broſius in epiſt.ad Corinthios primã. Omnis im poſtura tenebras petit,& falſa ꝓ veris oſtẽdit. Vl pia.lib.47.de crimine ſtellionatus.l.ſtellionat9.Itẽ ſi quis impoſturam fecerit,

Inauris,quod a græcis dicitur Enotiõ,ornamẽ tũ eſt ex auribus fœminarum dependens. Plaut. in Menech, Inaures da mihi faciendas pondo du um nũmum. Vlpi.de auro & argento legato,l.ar gumento,veluti inaures,armillę,viriolæ, Itẽ,l.pe diculis,Inaures in quibus duæ margaritæ,

Inciles,foſſę ſiue Incilia ſunt,quę a grecis di cuntur dyoriges,& ſunt per quas aquę pluuiales deducuntur ex ſatis. Apulei9 li 9.de aſino. Viã la cunoſis icilibus voraginoſam. Cato de re ruſt,Per hyemẽ aquã de agro depellere oportet,foſſas inci les puras habere. Feſt. Põp. Foſſæ quę in viis fiunt ad deducendum aquam ſiue deriuationes de riuo cõmuni factæ,inciles dicũtur. Vlpia.li.40 dig.tit. de riuis.l.1.Incile eſt locus depreſſus ad latus flu minis,ex eo dictus quod incidatur. Inciditur enĩ vel lapis,vel terra, vnde primũ aqua ex flumine agi poſſit, Idẽ Vlp.in eodẽ li.ti.ne qd in flumine publico.l pri. Si incile,inqt,ducat,& alio loco fiat Meminit ꝙꝫ incilis in ti.de aqua cotidi.l.pri.

Incru-

Incrustare, est crustam parieti, vel alicui alteri rei inducere, siue ex calce, gypso, argilla, siue ex lapide, aut alia materia. Hora. 1. ser. Syncerum cupimus vas incrustare. Varro apud Marcel. Pauimenta, inquit, & parietes incrustratis. Proculus libro 8. dig. de seruitutibus vrbanorum præ. l. quidam. Parietem, inquit, communem incrustare licet. Et paulo post. Quod obseruari in incrustatione oportet. Itē de verb. signif. l. impēsę. Paul9 ait, Incrustationes, loricationes, & picturæ.

Indictio, est denunciatio, quia indicere est denunciare. Horat. in 1. ser. Ventri indico bellū. Idē in epist. Indictis comes ire latinis. Vlpia. li. 38. di. tit. de operis libertorum. l. libertus. Cui post indictionem inquit, operarum. Atq; alibi. Si indictiōes temporariæ indictę sunt.

Induciæ, sūt dictæ q̄ in diem certum ab vtrisq; hostibus dantur. Plin. li. 7. Inducias, inquit, Lycaon primus inuenit. Paul. li. 49. dig. tit. de captiuis. l. postliminiū. Inducię, inquit, sunt, cū in breue & ī præsenti tēpore cōuenit, ne inuicē se lacesserēt hostes. Accursius satis inepte inter inducias & treugā differētiā facit, cū treuga non sit magis latinū, q̄ guerra, q̄ omagiū, q̄ feudū, q̄ tenuta, q̄ mille alia, quibus isti nulla necessitate coacti vtuntur.

Inducere, pręter alios sensus quos habet plures, significat etiam expungere & cancellare, hoc est transuerso calamo quod scriptum erat delere. Vlp. in tit. de iis quæ delentur. l. cancellauerat

Cancellauerat autẽ quis testamentũ vel induxe-
rat. Itẽ, Si nomina omnia induxerat vt proponi-
tur. Itẽ. Quę in testamẽto legi possunt, ea i cõsul-
to deleta vel inducta nihilo minus valẽt, cõsulto
nõ valẽt. hinc inductio ꝓ abolitionę & litura.

Inficiatio, est negatio. ab inficior, aris, quod est
ire inficias, siue negare. Cicero de partitionibus.
Rationẽ, inquit, habet criminis inficiationẽq; facti.
Neratius lib. 46. dig. tit. iudicatum solui. l. ex iudi-
catum. Ad inficiationẽ, inquit, compelli eum qui
sine iudicio partem dare paratus est.

Institor, vt inquit, iurisconsultus, lib. 14. dig. in
tit. de institoria actione. l. institor. Est q tabernæ
locoue ad emendũ vendẽdũue præponitur. Atq;
ibidẽ. Institor, inquit, appellatus est ex eo q; nego-
cio gerendo instet. Iuuena. Institor hybernæ te-
getis niueiq; cadurci. Accipitur etiam pro eo qui
circũfert per vrbem merces venales, vt in eodem
tit. & apud Ouidiũ. in pri. de arte. Institor ad do-
minam veniet discinctus emacẽ

Insula pręter notam illam significationę signi-
ficat etiã domũ in vrbe ab aliis domibus seiũctã.
Cornelius Ta. Germani suam quisq; domum spa-
cio circundat, nullis cohærẽtibus ędificiis, more in-
sularum. Fęstus quoq; Pom. Insulæ, inquit, dictę
proprie quę nõ iunguntur cõmunibus parietibus
cũ vicinis, circuituq; publico aut priuato cingun-
tur. a similitudine videlicet earum terrarum quę
fluminibus aut mari imminent. In hoc significatu
crebro

crebro reperitur insula apud iurisconsultos. Vñ de Insularius, dñs siue custos huiusmodi insulę.

Interpolare, est in aliam formã mutare, & quodã modo mangonizare Plaut. in amphitrione. Ille homo me iterpolabit, meũq; os finget denuo. Ambrosius ad Horotianũ. Nostrorũ peccatorum in pœnis vltricibus interpolari. Vlpi. 21. dig. ti. de ędilitio edicto. l. præcipiũt. Interpolãt, inquit, veteratores & pro nouitijs vendunt, id est, in habitum nouitiorum mutant.

Intertritura, siue intertrimentum, est (vt inquit Varro de lingua latina) dictum ab eo quod duo inter se trita & diminuta sunt, vt in nummis aureis quod ex vsu & attrectatiõe cõsumitur; & inuestibus, alijsq; rebus quæ vsu deteruntur. Liuius lib. 34. In auro inquit, nihil intertrimenti fuit. Idẽ lib. 32. Intertrimentũ argenti suppleuerũt. Scęuola libro. 33. de pignoraticia acti. l. pignori. Quęrõ intertriturã quæ ex operis facta est. Atq; ibidẽ itẽrum vtrobiq; pro detrimento.

Irenarcha, interpretatur pacificator, siue pacis conciliator, nam irene interpretat pax, & archos est princeps. Erãt autẽ Irenarchę viri boni & prudentes, quales significat Virg. in pri. Aeneid. Ac veluti magno in populo cũ sępe coorta est Seditio, sęuitq; animis ignobile vulgus, &c. Sub hoc habitu fuit Domitiani Cęsaris statua equo positã, de qua Papinius in principio siluarũ. Dextra vetat pugnas, Talẽ quoq; Persi⁹ poeta significat, cũ

dicit. Fert animus callidæ fecisse silētia rixæ Ma-
iestate manꝰ. In Codice Iustiniano titulꝰ ē de ire
narchis, quos Accursius interpretatur irā arcentes,
quasi irenarcha nomē esset latinū. Martianus
libro. 48. in titu. de custodia & exhibitione reorū.
l. diuus Hadrianus, irenarcharum sæpe meminit.

Isauri, populi sunt Ciliciæ conterminí, q in mari
quondam pyraticam exercuerunt, quos P. Seruilius
profugauit, qui cognomē Isaurici ex ea victoria
retulit. Iam vero Isauri & Cilices, pro pyratis
accipiuntur, vt Iuuenalis. Piratæ Cilicum. &
Iustinianus in Codice, tit. de feriis. l. prouinciarū.
Latronum inquit, & maxime Isaurorum.

Isostates, potest interpretari æqualitatis recognitor,
nam Isos interpretatur ęqualis In Codice
Iustiniano de ponderationibus & auri illatione. l.
quoties. Quoties, inquit, de qualitate solidorum
orta fuerit dubitatio, placet quem sermo græcus
appellat Isostaten pro sua fide & industria, vt
neq; fallat neq; fallat, cōtētionē dirimere. Accursius
interpretaē ab Igos victoria, & state militia.
neq; enim igos est victoria, sed nice neq; state militia,
sed stratia, sed neq; victoria & militia faciunt
ad rem,

Iugum, pro pari duorum animalium plerūq;
accipitur, vt apud Plinium libro. 10. de aquilis.
Vbi Aquilarum, inquit, non fit iugum. Varro
de lingua latina. Iugum, inquit, & iumentū a iunctu,
Virg. 5. Aeneid. Nec sic vndantia lora Con-

cuſ

tuffere iugis. Vlpianus lib. ir. digest. de ædilicio edicto. l. Aediles aiunt, sæpe iugum in hac significatione ponit.

L.

LAbrum, vas est patulum grandiotis aquę capax, qualibus in Bætica mea vtuntur ex argilla fictis ad lauatrinam, & vsus coquinarios. Virgili⁹. 8. Aeneid. Sicut aquę tremulum labris vbi lumen ahenis. Cic. in epist. Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Vlpianus lib. 19. tit. de emptione & venditione. l. limes. Labra inquit, salientes fistulæ. Accursius exponit labra, quia per labrum imaginis aqua salit, nō min⁹ inepte q̄ id quod aliubi Digitū interpretatus est, id est quantum fluit per digitum statuæ.

Lacertus, piscis est, qui a gręcis Colias dicitur: dictus lacertus q̄ ad similitudinē lacertorū picturas habet. Commēdabantur autē lacerti sexitani ex Hispanię vrbe Sexi. Mart. Et sexitani ponatur cauda lacerti. Ex lacertis aūt fieri solita esse salsamēta, ostēdit Cor. Cel. dicēs, Pisciū q ex media materia sunt, quibus maxime vtimur, tñ grauissimi sūt, ex qb⁹ salsamēta quoq; fieri possūt, q̄lis est lacert⁹. Sexitanorū salsamētorū meminit Strabo. Vlpia. in tit. de penu legata. l. qui penū. Lacertos, inquit, cū muria sua cōtineri. Labeo ait. Est autē

Muria

Muria salsugo exudans ex piscibus salitis, qua vtebantur antiquiores ad ciborũ conditurās.

Lucānar, siue Laqueār, siue lacus, est tecti elegantior fabrica. Cic. 5. Thus. q. Fulgentẽ gladium e lacunari setā equina āppēsum Horati in 2. car. Nō ebur neq; aureum mea renidet in domo lucanar. Vlpia. tit. de fundo instru. l. quæsitũ. Scalæ inquit, quæ lucanaribus admouentur, instrumenti sunt.

Lapis, pro miliario, hoc est mille passibus, aliquando accipitur, quoniã antiquiores soliti erant milia quæ passuum lapidibus signare, id qđ videmus in via quæ ducit Salmāticã ex Emerita Augusta, argẽteã vulgus appellat. Martial. Rura nemusq; sacrũ dilectaq; iugera musis Signat vicina quartus āb vrbe lapis. Idem alibi. Ad lapidẽ torquatus habet prętoria quartum. Martianus titu. de excusationibus. l. propter litẽ. Me vltra centesimũ, inquit, lapidẽ tutelã gerat.

Laser, eris, quod ā Gręcis Silphiũ appellatur, succus est herbę, quām in Cyrenaica regionẽ inueniũ. Laserpitiũ vocant, a medicis & pharmacopolis tẽpestatis nostræ appellatur Asa. Plin. lib. 19. Laserpiciũ, quod Gręci silphion vocāt, in Cyrenāica pũincia repertũ, cuius succũ vocāt laser. Pau. in tit. de penu legata. l. nõ omne. Sed quod quidã, inqt. negauerũt piper ligusticũ, careum, laser, & cętera eiusmodi, in penu nõ esse, improbatũ est.

Latus clauus, quemadmodũ diximus in verbo cla-

clauus,nodus erat ex purpura, siue ex auro vesti intertextus,& qui poterãt vti huiusmodi vestibus,tũ Lati clauij,tũ Angusti clauij dicebantur. Erat autẽ vestis senatoria,vt exponit Acrõ,in illud Horatij.1.ser,Quo tibi Tulli,Sumere depositũ clauũ fieriq; tribunũ.Plin.lib.8.Tunicã lati claui in modũ gausapi texti.Ouid.4.de trist. Induiturq; humeros cũ lato purpura clauo.Iuriscõsul. in quadam lege,cuius initium est,Imperator. Vt ecce,inquit,si vxor viro lati claui,petenti.pro lati clauio.

Lautica, dicũtur quæcũq; ad lauticiã atq; elegãtiã cultus & mensę pertinẽt, tit. de auro & arg. lega.l.argumento.Mundo inquit, muliebri continentur lautica,acus,reticula,& huiusmodi.

Laxamentũ,siue laxitas,dicitur quies siue cessatio a labore. Valerius de fortitudine. Ad confirmandos,inquit, animos salubre laxamentũ daret.Cicero in pri.officiorũ. Adhibẽda est,inquit, cura laxitatis. Nerat.li.50.ti. de vacatione & excu.mu.l.tẽpus.Cũ laxamẽto quodã itineris.

Lectica, est vehiculũ i quo quispiã fertur ab hominibus,qđ si a quatuor vehitur,Tetraphorũ dicitur.si a sex,Hexaphorũ. si ab octo,Octaphorũ. Martial.Laxior hexaphoro tua sit lectica licebit. & Iuuenalis.Densissima centũ.Quadrantes lectica petit.eadem & Sella dicitur.vnde idem poeta subdit de eadẽ lectica.Ostendens vacuam & clausam ꝑ coniuge sellã.Paul.lib.9.de seruitutib9 ru

fticorũ prædiorũ.l. q sella. Qui sella, inquit, aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Accursius sella.i.equo, lectica.i.curru iterpretatur, qđ vtrũque ex eo quod diximus falsum est.

Lecticarius seruus, est qui lecticã humero fert. Sueto.in Othone. Muliebri sella in castra contẽdit, ac deficientibus lecticarijs cũ descendisset. Seruius Sulpi.in quadã ad Ciceronẽ epistola. Coactus inquit, sum in eadẽ illa lectica lecticarijsq; meis in vrbẽ eũ referre. vt in tit de legatis pri.l.si ex toto. Si ita inquit, legatum sit lecticarios octo. Item Vlpia.de legatis.3.l.Item. Legato continentur mancipia, puta lecticarij qui solam matrem familias portabant.

Liberi orũ.nõ solũ dicuntur filij, sed etiam nepotes, pronepotes, & deinceps, & quanquã nõ declinetur nisi in numero multitudinis, de vno tamẽ liberos dicimus. Ex A. Gellio lib.2. Vlpia. in tit. de pollicitationib.l. inter liberos nepotẽ quoque cõtineri diuus Pius rescripsit. Itẽ Calistratus ti. de verborũ sign.l.liberorũ appellatione &c.

Libertinus a Liberto nõ eo differt, qđ vulgus putat, & cũ dixi vulgus non excludo Accursiũ, qui & ipse vnus est ex imperita multitudine, nam cũ idem sit libertus qđ libertinus, sola ratione differunt, quoniã libertus nomẽ est ad aliquid, semperq; refertur ad eũ cuius est libertus, hoc est ad patronũ. vt libertus Cæsaris, libertus Ciceronis. & de operis libertorũ, subaudi quas debẽt suis patronis

nis liberti. Libertinus vero nomen est absolutũ, tantũq; dicit cõditionẽ, hoc est, tertiũ illud genus hoim, qui nec sunt servi neq; liberi. Hinc est quod Iustinia. in pri. li. institutionũ titulũ fecit de ingenuis & libertinis, quia ibi non agitur nisi de cõditione nullo habito respectu ad patronos. Hãc differentiam primus omnium animaduertit adnotauitq; Laurentius Valla vir harum rerum diligẽs indagator atq; acerrimus inuentor.

Libitinarius, dicitur funeris curator, quẽ supra diximus Desinatorem appellari, nã Pollinctor est qui cadauer effert, cõburitq; aut sepelit. dicti sunt autẽ libitinarij a libitina, i. funere, dicta libitina a Venere Libitina, quæ Romæ habuit tẽplũ, iuxta quod vendebãtur quibus erat opus ad funus, puta vnguẽta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templũ, quę iocorũ voluptatũque dea est, vendebantur, Plutarch⁹ in problematis causam narrat, vt videlicet cũ homines libidinibus dant operã, meminerint se aliquando morituros. Vlpia. lib. 14. titulo de institoria actione. le. quicunq;. Si Libitinarius, inquit, seruũ pollinctorẽ habuerit, isq; mortuum sepelierit. Accursius desipit, nescio quę somnia referens.

Librarius, est qui libros scribit, nã scriptor non tã dicitur qui libros scribit, q̃ librorũ compositor. Mart. de libris suis Nõ me⁹ ẽ error, nocuit librarius illis. Cice. 3. de orat. Neq; librariorũ notis, sed verborũ & sententiarũ mõ. Callist. ti. de iur. imu. l.

qui

quibusdam. & sæpe alias.

Licitor, aris, est in auctione preciũ pro re venali offerre. Plin. lib. 7. Aristidis pictoris vnã tabulã centum talentis rex Attalus licitatus est. Inde Licitator, qui eiusmodi preciũ offert. Cice. in epist. ad Mariũ. Quoniam precium tuum noui, in licitatorem potius ponã, q̃ illud minoris veneat. Licitatio quoq;, vt Paul. lib. 39. dig. tit. de publicanis & vecti. l. licitatio. Licitatio, inquit, vectigãliũ, quę calore licitantis, &c̃. Et paulo post. Licitatores, inquit, vectigalium.

Lictores, dicuntur qui ante Prætores, aut Consules ferebãt insignia magistratuũ, hoc est virgarũ fasces & secures, dicti a ligando, vt scribit Gellius lib. 11. quod videlicet iussu Consulũ aut Prętorũ vinciebant sontes, aut quẽadmodũ Festus ait. q̃ virgarum fasces ligatos præferebant, quibus imperante magistratu, delinquẽtibus plagas ingerebant. De manumissis vindicta. l. manumissio, manumissioniquit, per lictores.

Ligna, orum, in numero multitudinis propriedicuntur, quæ comburendi causa cõparata sũt. vt apud Martialem. Ad villam moneo rustice ligna feras. Et apud Horatium. In siluam ne ligna feras. In singulari quoq; in eadem significatione reperitur. Vlpia. in ti. de leg. 3. l. ligni appellatione. Materia, inquit, est illa, quæ ad ædificandũ fulciendũq; ædificium est necessaria. Lignũ vero q̃cquid comburendi causa comparatum est.

Li-

Lygusticum, herba est in montibus Lyguriæ nascens, a iunioribus medicis Leuisticum appellatum. Est autẽ Lyguria regio Italiæ, inter Varũ & Macram amnes, ad Apœnini dextrã, in qua ẽ Genua. De Lygustico Plin. Colu. Apicius. ꝓinde omnes medici meminerũt, leuisticũ corrupto vocabu appellant. Paul. lib. 33. in tit. de penu legata, l. nõ omne. Piper inquit, ligusticũ, careum, & laser.

Liminarcha, potest interpretari liminis hoc est limitis præfectus, & est ille qui gerit curã tuendorum prouinciæ limitum, præficiturq; militibus limitaneis. Arcadius lib. 50. tit. de muneribus. l. munerum ciuilium, &c.

Limitanei, milites dicuntur qui sub liminarcha prouinciæ terminos tuẽtur. Capitolinus. Reparato, inquit, de limitaneis Daciæ exercitu. Iustinianus quoq; de officio Prætoris Aphricæ, l. quas deo, Pro limitaneis, inquit, ordinandis, quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses limites limitanei cõstituãtur, q possint & castra, & ciuitates, & limites defendere. Et paulo pōst. Si cõmotio aliqua fuerit, possint, limitanei sine comitatensibus militibus &c.

Linea margaritarum, est series margaritarum pertusarum, quæ sint filo insertæ. Scæuola lib. 35. ad legẽ falcidiã, l. lineã. Lineã, inquit, margaritarũ. Itẽ Vlp. li. 47. tit. de furtis. l. si quis vxori. Si linea margaritarum surrepta sit.

Lytos, iterpretatur solutus a lyo quod est soluo.

Iustini-

Iustinianus in procemio digest. Quia solitũ erat quarti anni studiosos graeco & consueto quodã vocabulo lytas appellari, hoc est solutos pro quo mendose legitur hircos; ex pandectis Florentinis adnotante Politiano, nam pro eo quod in recentioribus libris habetur hircos & coloritas, legi oportet lytas & prolytas, quid autem sint lege pro lyte.

Logista, dicitur is qui reddendis rationib⁹ pręest, nam logos inter cęteras significatiões interpretatur computatio, & Logisiice & ipsa ars cõputatoria, quam vulgus algorismũ vocat. Iustinianus in tit. de modo mulctarũ. l. curator. Curator ingt, reipub. qui grãeco vocabulo Logista nuncupatur, mulctandi ius non habet.

Logographus, potest interpretari rationum scriptor; quo vocabulo vtitur Iustinianus lib. 10. in tit. de tabularijs, scribis, & logographis.

Loricatio, est tectoriũ parieti in modum loricę super, indutũ, idẽ fere quod incrustatio. Vitruuius lib. 6. Duplicem, inquit, habeat contignatio ni loricationẽ. Plin. lib. 8. Ichneumone cũ aspide pugnaturo. Mergit, inquit, se limo sæpius siccatq; sole, mox vbi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. Paulus de verborum significatione, l. impensæ. Incrustatiões, inquit, loricationes & picturæ.

Ludicrus, a, um, non ludicer, is, quod Priscianus putauit, dicitur quod ad ludum pertinet. Virgi

gil.11. Aeneid. Neq; enim leuia aut ludicra petuntur. Horatius.1.epistola. Valeat res ludicra si me palma negata macrum. De accusationibus le. qui iudicio, Qui artem inquit, ludicram fecerit, hoc est scænicam siue theatralē aut circensem, vbi ludi fiunt.

Lugdunensis colonia, quę Lugdunū cognominatur, ciuitas est nobilissima Heduorum in Gallia Lugdunensi abipsa cognominata. Meminit illius Iurisconsultus libro.50.dig.in titulo de censibus.

Ludus literarius, pro schola accipitur vbi literę docentur magister quoq; ludi, is dicitur qui literas docet. Martia. Quid tibi nobiscū est ludi scelerate magister: & per trāslationē. Terēt.in Ecyra. In eodē mihi pēs videntur ludo docte ad malitiā, & ei ludo si vllus est ludus, magistrā hāc esse satis certo scio. Vlpi.li.41.ti.de varijs & extra. cog.l.1. ludi literarij magistri.

Luscus, is dicitur q alterò oculo caret, qui græce monophthalmus appellatur, hoc est vnocul9. Hieron. de viris illustribus. Acacius, inquit, quem quia luscus erat monophthalmū appellant. Mart. Thaida Quintus amat, quā thaidā: thaida luscā. Vnū oculū thais, nō habet ille duos. Modest.in ti. de verborū sig. l. inter stuprū, Vitium, inquit, est perpetuū impedimētū, veluti si luscus sit. inde fit verbum Eluscare, de quo in suo loco diximus. Neq; est, vt Accursius & si qui sunt alij qui id dicāt, qui lumine adhibito nihil videt, sed vt dixim9

qui

qui eſt orbatus altero oculo.

Luſtramentũ,ri,eſt purgatio facta per veneficiũ aut ſacrificium, aut incãtationẽ dictum ab eo quod eſt luſtro,as. Virg. 6. Aene. Luſtrauitq; viros,dixitq; nouiſſima verba. Ouid. 10. Meta. Magico luſtrabere ritu. Marcellus lib. 48. ad legem corneliã de veneficis & ſicarijs. l. eiuſdẽ. Si quis igr, luſtramenti cauſa dederit cantharidas.

M.

MAgiſter, nomẽ dignitatis eſt, & Magiſtratus ſiue Magiſteriũ, ipſa magiſtri dignitas. Vnde Magiſter equitũ qui a Dictatore præficiebatur equitibus. & Magiſter populi, qui pecuniæ diuidundæ per populũ præpoſitus eſt, & Magiſter militum, qui militibus prçeſt, & Magiſter ſcrinij. i. qui libros principis ad ſeruat, & Magiſter pecoris, qui paſtoribus reliqs præfectus eſt.

Malleatus, dicitur liber qui iam eſt ligatus, punicatuſq;. Sed quia libri malleabantur anteq̃ conſuerentur, id quod videmus noſtro tẽpore fieri, malleati dicebantur, ꝓ eo quod ſequitur. Vlp. tit. de legatis 3. l. librorum. Libri inquit, nondum malleati & perornati continebuntur.

Malobathrũ, arbor eſt odorata ex Syria, quæ nomine ſpeciali Foliũ appellatur, vnde fiũt vnguẽta quę dicũtur foliata. Hora. in 2. car. Nitentes ma-

lobatron syrię arborem. De folio malobathri meminerunt sæpe Galenus & Apicius. Martianus libro 39. titulo de publicanis, lege interdum. Malobatrum & roma indicum non malabastrum.

Mandragora, herba est nota, cuius duo sunt genera, alterum nigrum, quę fœmina existimatur, alterũ candidũ, qui est masculꝰ. Habet vim soporiferam, atq; prouocãdi somni gratia dari cõsueuit. quia frigida est, ac ꝓpe venenũ. Columella in horto: Quamuis semihominis ve sano gramine fœta Mandragorę pariat flores mœstamq; cicutã. Marcellus. lib. 48. dig. ad legẽ corneliã de veneficis, l. eusdẽ. Mandragorã inter venena ponit. Ex quo fit, vt mirandum sit quid per mandragoram interpres sacrarum literarum intellexit in Genesi, capitulo 30. Et Cant. 7.

Mango, onis. est non modo seruorũ venditor, sed aliarũ etiã rerũ, quæ vt carius vẽdantur solẽt a vẽditoribus adornari. Vnde est mangonizare agros & equos, pro eo quod est colere. Et Plin. li. 37. politores gẽmarũ, mangones appellat. Marti. Milia ꝓ puero cẽtũ me mango poposcit. Sen. ?a. 8 epist. Mangones quicqd ẽ qđ displiceat, aliquo lenocinio abscõdũt. Aphricanus d. verb. sig. l. mercis appellatione, q̃ distet a venaliciario mõstrat.

Mappa, mensæ stragulũ est, queadmodum & mantile, siue toral. Erantq; duo genera, alterũ rasum, alterũ villosũ, hoc est in tapetis similitudinẽ contextũ, qđ & gausape dicitur. Martial. in disti

cho cuius index est. Mappa villosa. Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum. De mātili quoq; villoso Virgilius in 1. Aeneid. dixit. Tonsisq; ferunt mantilia villis. quod Seruius pro minutis exponit. Ouidius quoq; i quarto Fast. Duxerat ad dextram villis mantile solutis. Florentinus libro. 33. de supellectili legata, lege supellectili. Toralia, inquit & mappa villosa, Pro quo mēdose legitur & oralia in panaliosa, nihili verba.

Materia, proprie dicitur circa quā versatur faber tignarius siue lignarius, In communiori tamē significatu dicitur de subiecta cuiusq; artis materia. Paul. li. 18. titu. de periculo & commo. l. quod si. Neq; materia empta si furto perisset.

Mediastinus, quēadmodū Priscia. in. 5. carmine scribit a medio videtur cōponi, quia medias partes balnei tenet. hoc est, qui in medio lauātū stat Hora. in. 1. epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Acron in media vrbe viuens interpretatur. Porphyrion in media vrbe siue balneo exponit. Vlp. li. 47. ti. de iniurijs. l. itē apud. Multū interest qualis seruus sit, bonæ frugi, an mediastinus.

Mereo, es. merui. est militare, siue stipēdiū in militia facere. Luca in. 6. Castrorū in plebe merebat. Iuuenalis. Castrorūq; æra merētē. Sueto. in Iulio. Meruit & sub Seruilio Isaurico. li. 49. dig. tit. de re militari ꝓ eo quod in libris antiquis legitur merere, in recentioribus scriptum est militare.

Metalla, dicūtur venæ vnde eruitur argētū, æs, &

& cætera quæ vulgus indoctũ appellat metalla. dicta sũt aũt metalla a metello, qđ est scrutor siue inquiro. aut dicũtur metalla ꝙ alia vena post aliã inueniatur. quod videtur Plinius li. 34. significare, vbi scribit ꝙ vbicũq; vna vena est inuẽta, nõ procul alia inueniatur. Hinc Metallarij & Metallici dicũtur, qui sunt damnati ad metalla, hoc est effodiendam terram ex metallis. Aliquando simpliciter accipiũtur pro effossoribus metallorũ, vt in li. di. ti. de pœnis. & lib. 11. Codicis, ti. de metallarijs.

Metator, siue Metatus siue Mensor, dicitur qui iussu atque autoritate pricipis milites in domib9 incolarũ collocat. siue in castris q̃ parte debeat quisque tẽtoria figere, ostẽdit. Vnde dictũ ẽ Castrametari. Luca. in pri. Hesperios veniã metator ĩ agros. In codice Iustiniano titu. de metatis. l. pri. Si quis inquit, mensorũ nostrorum manu qua deputatur singulis quibusq; domus & postibus hospitaturi nomẽ adscribunt, delere non dubitauerint, ad istar falsi criminis constit.uti teneantur.

Metaxa, est con geries illa pensorum ex ligno aut lana, quam Hispani paucis literis immutatis vocant Madexa. vt in li. 11. codicis Iustiniani. titu. de Murilegulis lege Iotas. In posterum serica & metaxę. Vitruuius libro 6. De paludibus, inquit, tenues colligantur metaxæ.

Metrocomia, interpretatur villamatrix, dicta a meter quod est mater, nõ qđ Accursi. hallucinatur, a metros qđ est mensura, & come villa,

accipiendo villam, vt nunc vulgus loquitur. Iustinia. li. 11. codicis, in ti, nō licere habitatorib⁹ metrocomiæ loca sua ad extraneā conferre.

Metrapolis, interpretatur ciuitas matrix, neq; dicitur a metros quod est mēsura, vt imperiti existimāt, sed quod de metrocomia diximus, a meter qđ est mater, vnde alia cōplura deriuātur, q̄ in suo genere significāt præcipuū & excellēs, vt or tygometra, tetrigometra, echinometra, accētu in penultima, p̄ duce co thurnicū, cicadarū, & echinorū. Modest. li. 17. dig. de excusationib. l. si duas. Decet aūt maximo numero vti metropoles gētiū.

Miliariū, vas erat ad coquēdū miliūaccōmodatū, quēadmodū Pultarium ad coquendū pultē. Cato de re rust. Inter orbē & miliariū vnū digitū interesse oportet. Palladi⁹ libro. 5. de re rust. Vas inquit, æneū miliario simile. Pōp. li. 33. ti. de auro & arg. legā. l. & si, Certe si cacabos argenteos habeat, vel militarium. pro quo, t, litera expuncta, lege tu miliarium.

Miniculator, is dicitur qui literas maiusculas hoc est initiales siue capitales ex minio libris ex atramēto iā scriptis adhibet. Vlpa. lib. 38. tit. de operis libert. l. iurisiurādi. Si forte inquit, librarius vel miniculator. sic enim in libris antiquioribus legitur, & magis cohęret ei quod supra dixerat librarius, & ei quod sequitur, vel calculator.

Molior, iris, est moles ad ædificiū aliquod coaptare. Virgilus, 1. Aeneid. Moliriq; arcē & mani

bus

bus subuoluere saxa. Vlpia lib.39.l.pri.de noui ope.nũcia. Qui forte in publico vel in priuato quid molitur. Inde molitio onis; pro ipso apparatu ædificandi, vt infra eo.ti.l. stipulatio. Molitio inquit; nõ impeditur. Demoliri vero & Demolitio opponitur ei quod est moliri, & molitio ꝓ eo quod est diruere & dirutio, vt in eodẽ tit. sępe.

Mola manuaria, siue manualis, siue trusatilis, dicitur quæ ad frumenti moliturã manu circũagit, quę vt ait Virgil. in Moreto, rotat assiduis gyris, & cõcitat orbẽ; Mola quoqꝫ iumẽtaria, & ex Euãgelio, mola asinaria est, quã iumẽta versant. Iabolenus priscus li.33, dig. de fun. instruc. l. dolia. Molas, inquit, manuarias supellectilis, iumẽtarias autẽ instrumenti esse. Offilius ait. Molas vero aquarias, hoc est aqua versatiles, ante Iustiniani tp̃a fuisse nõdũ legi. Is enim in tit. de aquęductu. l. determinus, molæ aquariæ meminit, quã sermonis latini ignari Molendinum appellãt. Nã quod legitur asina molendinaria in titu. de fundo instructo. l. cum de lanionis, non a molẽdino, sed a molendo deductum est.

Meniana, vt ait Fest. Pom. ædificia erãt a Menio ciue Romano sic appellata, nõ a mœnib⁹ sic dictũ, vt putauit somniculosus Accursius. Is enĩ primus vltra colũnas extẽdit tigna, quo ampliarentur superiora. Hic est ille Menius q post bona patris absumpta, locum sibi seruauit, vnde ludos spectaret de q̃. Hor. i. I. epist. Menius vt reb⁹ ma

ternis atq; paternis Fortiter absumptis, vrbanus cœpit haberi &c. Locus autē ille fuit Menianum, qđ vltra ædificia ꝓtendebatur, in viā publicā ꝓpendens. Vitru. li 5. Meniana, inquit, superioribꝰ coassationibus collocētur. Suetonius in Caligula. Cū apparatu circi perspicientē, pauci ex ꝓximis Menianis post ulassent. Valeriꝰ de mortibus nō vulgaribus. C. Licinius Macer vir prætorius Calui pater dum sententiæ dicerentur, in Menianū cōscendit. Iabolenus de verb, signific. l. malū nauis. Qualia inquit, meniana & subgrūdaria esſent. Vlp. in tit. ne q d i loco publico. l. prętor ait. Cū quidā īgr, velū ī meniano immissum haberet.

Meritoriū, siue meritoria taberna, est stabulū siue caupona in quā viatores diuertūt, dictū meritorium, a mercede quam soluunt. Iuuenalis. Nam quæ meritoria somnos admittunt. Vale. de duobus Arcadi. Quorū alter, inquit, ad hospitem secum tulit, alter in tabernā meritoriam diuertit. Vlp. in tit. de iniurijs. l. lex cornel. Ad meritoria, inquit, vel stabula non pertinebit. Accursiꝰ nescio quas nugas somniat, neq; id mirum, cū vigilans quid esset meritorium nescierit.

Modus, & modulus, plerūq; pro mensura accipitur vt Horat. in 2. ser. Hoc erat in notis modus agri nō ita magnus. Frontinus de aquædu. Aquarū, inquit moduli aut ad digitorū aut ad vnciarū mensurā instituendi sunt. In lib. dig. 11. titu. est, Si mensor falsum modū dixerit, & ibidē sępe. Paul.

lib

lib.39.ti.de dãno Infect.l.damni. Eum inquit,qui modulorũ aut riui faciendi causa.

Mulsum,potio est quæ ex vino & melle concinnatur.Hora.pri.ser.Leni præcordia mulso p-lueris melius.Martia. in disticho cuius lẽma est. Mulsum. Attica nectareũ turbatis mella falernũ. Vlpia.li.33 ti.de tritico & vino leg.l.si qs Si mulsum,inquit,sit factũ,vini appellatione nõ cõtinebitur. Vlp.li.6.tit.de rei vendica.l.Idem.Si ex melle meo & vino tuo mulsum factum sit.

Mũdus muliebris,vt inquit,Varro,dictus est a mundicia. Idem & Ornatus,quasi ab ore natus,a græcis Cosmos dicitur. Vnde multi fuerũt autores quos Galenns citat,qui cosmetica. i. de ornatu scripserunt. Vlpia.ti.de auro & arg.lega.l.argumento.Mundus inquit muliebris est, quo mulier mundior fit,& subdit quæ numerantur in mũdo muliebri,de quo etiam est titulus.

Munimentũ differt a monumento siue monimẽto, qđ monumentũ est sepulchrũ qđ erigitur in defuncti memoriã,siue illud sit inane,siue cadauer cõplectatur.Munimẽtũ vero est in ædificio illud qđ ab inferendo damno defendit, dictum a muniendo. Marcellus li.n.ti.de religiosis & sumtibus funerũ l.funeris sumptus,Munimentum sepulchri id esse diuus Hadrianus scripsit,quod muniendi eius loci causa factum sit.

Murileguli,dicũt q murices hoc est conchylia colligũt,ex qb9 purpuraceus color inducitur,n-

 pur-

purpurarum genera complura sunt, buccinũ, iā thinum, murex, de quib⁹ in tit. de lega. 3. l. Si cui lana. Igitur murileguli sunt purpurarũ conquisitores, de quibus Iustinianus libro. 11. codicis tit. de monetarijs & murilegulis.

Muria salsamentũ siue salsugo exudans ex piscibus salitis, qua antiquiores vtebantur ad ciborũ conditu ras. Aliquādo muria ex sale tantum & aqua macerata cōstabat. quę muria dura cognominabatur. q̃modo autē fiat, Plinius & Columella ostēdūt. Vlp. in ti. de penu lega. l. qui penũ. Laceratos, inquit, cũ muria sua contineri Labeo ait.

Murrha, & vasa murrhina dicebantur quæ ex murrha lapide precioso tornabātur. Lucanus, Nō auro murrhaq; bibunt. Martial. Si calidũ potas ardenti murrha falerno Conuenit, De murrha lapide Plinius lib. 37. plura. Sed huius lapidis vas vnũ tantũ nostro seculo mōstratur Venetijs i ęrario diui Marci, Agatham ipsi vocāt. De vasis murrhinis Martial. Surentina bibis, nec murrhina sume, nec aurũ. Et Iuuenal. Grādia tollũtur crystalla, maxima rursus Murrhina. Florēti. in ti. de supellectili, lega. l. supellectili. De murrhinis, inquit, & crystallinis dubitari potest. atq; ibidem. Murrhina & crystallina ex eadē materia esse. Item Pōponius ti. de auro & arg. leg. l. & si non. Murrhina inquit, vasa in gemmis non esse Cassius scribit.

N.

Nata-

NAtales, in numero multitudinis & ipsa nascendi conditio, siue illa sit obscura, siue clara, Plin. li. 18. Ruffus infima nataliũ nobilitate. Cor. Tacitus. Fusc⁹ ingẽs ętate, claris natalibus. Iuuen. Palmã inter dominas virtus natalibus ęquat. Apud Iuriscõsultos li. 44. dig. ti. de nata. restitu. q̃ñ natales de natalib⁹ claris tãtũ di/

- Negociũ facere, siue negociũ exhibere, q̃d (cãt. apud iurisconsultos frequenter legitur, significat molestiã alicui facere, & sic est illud. In eũ qui calumniæ causã negociũ faceret. & illud, q pecuniã acceperit vt faceret negociũ vel nõ faceret, pro eo quod est molestiã.

Nomẽ pro debitore, maxime in re fœneratoria apud iuriscõsultos sæpissime inuenitur. Seneca de vita beata. Nũquã magis nomina facio q̃ cũ dono. Alphi⁹ fœnerator apud Columellã. Optima, inquit, nominã nõ appellãdo fieri mala. Ho. Caut⁹ noĩbus certos expẽdere nũmos. Iuuenalis. Qui venit ad dubiũ grandi cũ codice nomẽ. Hinc apud Iurisconsultos pecuniæ in nominibus dicũt quę datæ sunt fœnori. In hac quoq; significatiõe accipitur nomẽ ab Vlpiano li. 47. dig. in ti. de furtis. l. si quis vxori. Si quis inquit, seruo meo psuaserit, vt nomẽ suũ ex instrumento tolleret.

Nõ particula negatiua turbat sensum adiecta, in ti. de officio Prõcõsulis. Legatus inquit, mandata sibi iuris ditione iudicis dãdi ius nõ habet Cęte

rum in pandectis nō particula non habetur. Notauit primus hūc errorē Ang. Politianus ī q̄dam obseruatione eius centuriæ quam tunicam nobis videre contingit.

Nosocomion, interpretatur infirmorū siue ægrotantiū villa, nā nosos īterpretatur morbus,& come villa Hier. ad Oceanū de epitaphio Fabiolæ. Primo omniū nosocomiō.i languētū villā instituit. Iustinianus in codice titu. de sacro sanctis ecclesijs. Nosocomia inquit, vel brephotrophia. Itē coll. pri. de nō alienando nosocomiō vel brephotrophiū. Nosocomos vero appellatur qui præsidet nosocomio, vt col. 2. de nō alienandis &c̄.

Notarius, nō est qui vulgo putatur, hoc est tabellio, sed q̄ excipiēs v̄ba dictātis per notas & cōpēdia scribit. Talis describit̄ a Martiale ī distīcho cuius index est, Notarius. Currāt verba licet, manus est velocior illis, nondū lingua suū, dextra peregit opus. Paulus lib. 29. dig. ti. de militari testa. l. Lucius. Titius miles notario suo testamentū scribendū notis dictauit, & anteq̄ literis perscriberetur, vita defūctus est. Ergo p̄ notas intelligēdū est, per literarū cōpendia, hoc est breuiaturas.

O.

OBsidianus lapis ab Obsidio quodā inuentus dicitur, de quo Plinius li. 36. In genere vitri & obsidiana numeran-

merãtur ad similitudinẽ lapidis, quẽ i Aethiopia inuenit Obsidi⁹ nigerrimi coloris, aliquãdo & trãs lucidi, crassiore visu atq; in speculis, reddẽte pro imagine vmbras. Idẽ li. 37. Inueniũtur & gemmæ eodẽ nomine ac colore. nõ solũ in Aethiopia & India, sed etiam i. Samo & i littoribus Hispaniensis oceani. Meminit eiusdem Suetonius in Augusto; Pomponius lib. 34. dig. ti. de auro & argento legato. lege Et si. Gemmæ inquit, sunt perlucidæ materiæ velut smaragdi. Lapilli contrariæ superioribus naturæ, vt obsidiani, nõ abasiani, vt in codicibus recentioribus legitur.

Obsonatores, dicũtur qui obsonia emũt, hoc est cibos recẽtes ex macello, foro boario, foro olitorio aut eiusmodi locis. Seneca. lib. 6. epist. Adijce obsonatores, quib⁹ dominici palati notitiã subtilis est. Martia. in disticho cuius lẽma est, obsonator. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec addideris verbũ, cœna parata tibi est. Marcel. ti. de legatis. 3. l. legatis seruis. Cubicularios, inquit, & obsonatores. Accursius vt est in excogitandis ineptijs diligentissimus, obsonatores dupliciter exponit, aut qui domino prestant silentiũ dũ dormit, quasi a somno dictos, aut qui canunt dũ cœnat dominus, quasi a sono vocis.

Odyssea, opus est Homeri poetæ, in quo Vlyssis errores prosequitur, quoniã Vlysses a grecis dicitur Odysseus, citatur a Marcello in ti. de legatis. 3. l. legatis. Sic deniq; in Odyssea Homerus

ait,& subd t carmen græcum.

Oenomeli Græcis dicitur, qđ latinis mulsum, ab œnos quod est vinū, & meli mel, quoniā ex vino & melle cōstat, quēadmodū in verbo mulsum diximus. Apud Galenū cęterósq; medicos crebra fit mentio œnomeli. Vlpia. in tit. de tritico & vino leg. l. si quis vinū. Oenomeli plane id est vinū dulcissimum continebitur, pro quo mendose legatur cœnomeli.

Olitor, est qui vulgo appellatur hortulanu dictus ab oleribus, hoc est, herbis hortensibus. Inde olitarius. a, vm, ad hortū siue horti curatorē pertinens. Plin. lib. 19. Vrceola olitoria ex his factitari prodiderunt. Vlpia. de verbo. signifi l. Vrbana. Horti vineariȷ forte vel olitoriȷ, nec dicitur ab oliuis, sed ab oleribus.

Opera, æ, est labor diurnus, quēadmodum à Paulo & Vlpiano diffinitur li. 38. dig. tit. de operis libertorū. differt autē ab opere, quoniā in vno opere plures operæ consumi possunt, & vna opera plura opera fieri possunt.

Opistographa, dicūtur quæ ī tergo chartę scripta sunt. ab opisthen, quod interpretatur retro, & grapho scribo. Eiusmodi est scriptura de qua dixit Iuuenalis. Scriptus & in tergo nec dum finitus Orestes. & Martia. Scribit in auersa picēs epigrāmata charta. Plin in epist. Reliquit ait, cōmentarios opistographos & minutissimis literis scriptos. Consultus in titu. de bonorū possess. l. char-

tæ

tæ appellatione. Proinde ait, si in opistographo quis testatus sit. Hinc peti bonorũ possessionem, vbi Accursius dupliciter peccat, tũ in opistographo .i. vbi opes scribuntur exponens, tũ in epistographo, i. in epistola.

Orichalcũ, interpretatur æs montanũ, nã oros est mons & chalcos æs, nã quod vulgo aurichalcũ dicitur, nulla ratione defendi potest. Tũ ex illo principio oĩm consensu recepto, nõ solere fieri cõpositionẽ ex græco & latino, tũ autoritate & ratione. Ratio autẽ illa nimirum est, quod in carmine semp prima breuis reperit. Vir. 12. Aeneid. alboq; orichalco Circũdat loricam. & Horat. in poetria. Tibia non vt nunc orichalcho iuncta tubæq; æmula, Aurichalcũ vero non posse dici Sextus Festus Pompe. est autor. Aurichalcũ inquit, qdã putauerunt cõpositũ ab ære & auro. Sane vero Orichalcum dicitur, qđ in montosis locis inuenitur, mõs etenim græce oros appellatur. Vlp. ti. de lega. 3. l. si qs electrũ, inquit, vel aurichalchũ cõtineri. In ti. q; de actiõe empti & vẽditi. Quẽadmodũ inqt, si quis vas aurichalcum, sed orichalcũ legas.

Orcinius, ab orco dicitur, Est autẽ Orcus inferorũ atq; mortis deus. Vir. 2. Aeneid. Multos Danaũ dimittimus orco. Idẽ in. 6. Vestibulũ ante ipsum primisq; in faucibus orci. Hinc orcinius libertus, qui sit ipsius testatoris defuncti & in orci familiã ascripti. De pheretro in quo mortui efferuntur dixit Marti. Orciniana quiferũtur in spõda. Vlp.

libro

lib.40.tit.de fidei commiss.lib.le.ergo. Qui directam,inquit,libertatē acceperūt,orcinij erunt liberti. Orcinij quoq; liberti meminit Iustinianus lib.2.institutionum.

Orphanotrophiū,penultima lōga,locꝰ est vbi orphani aluntur,quēadmodū brephotrophiū vbi infantes,vt suo loco diximus. In codice Iustiniano titulus est de orphanotrophijs, quorū etiā meminit frequenter ti.de sacrosanctis ecclesijs. Orphanotrophus,is dicitur qui orphanotrophij curam gerit.

P.

PAegma atis, ludus interpretatur,a pezo,quod est ludo. Erat autē pægma machina in sublime tendens,in qua puerorū cantantiū erant nidi. Sene.lib.13. epistolarum his verbis pægma describit. His inquit annumeres machinatores,qui pægmata p se surgētia excogitāt,& tabulata tacite in sublime crescētia & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quę cohærebant sua sponte coeuntibus aut ijs quæ eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus quoq; in triumpho Vespasianorum nonnihil de pægmatis scribit. Iuuenal. Et pægma & pueros inde ad varia raptos. Martia. Et crescunt media pægmata celsa via. Claudianus, Mobile pōderibus descendat pægma reductis. Vlpianus ti.

de

de fundo instructo.l.quęsitum.In emptione inge domus specularia & pergmata cedere.

Paganus,a pago dicitur,quemadmodũ a vico vicinus,habet tamen aliquãdo remotiorẽ signifi/catũ,atq; pro eo accipitur,qui nõ est militię sacramento addictus,vt nemo sit qui nõ aut paganus aut miles dicatur. Iuuen. Citius falsum producere testẽ Contra paganũ possis,q̃ vera loquẽtem,Cõtra fortunam armati.i.contra militem, Modesti/nus in tit. locati & cõducti.l. si ignorãs,inquit,militi quasi pagano locauerit.Itẽ multis aliis in locis digestorũ, sed nunq̃ in alia significatione. Si qñ tamen a iunioribus paganus ꝑ infideli accipitur id ꝑ trãslationẽ fit,quasi nõ sit initiatus ad sacra religionis Christi,atq; illius militiæ adiuratus.

Pancratiũ,vt scribit Vitruui,locus erat in quo athletę exercebantur. Plin.li.34. Puerũ autoli cũ pancratio victorẽ. Proper.li.3. Et patit̃ duro vulnera pancratio. Vlpia.li.9.tit.ad legẽ aquiliam.l. qua actione. Si quis in colluctatione,inquit, vel in pancratio. Vnde pancratiastes pro athleta q se in pancratio exercet.

Pandecta,potest interpretari comprehensoriũ, hoc est,omnia continẽs,a pan, quod est omne, & dechomę comprehendo. Gellius li.19. Sunt inquit qui pandectas.i.omnium receptacula inscripserunt. Idem libro.12. Quas gręco vocabulo pandectas.i.promiscua & omnimoda cõtinentes libros. Hic Iustin,lib,50. digestorũ,pãdectas gręco titulo

pręitu

prætitulauit,nõ quēadmodũ quidam existimant, pandectas fuisse libros Iurisconsultorũ,ex quib⁹ conflatũ est ius ciuile, qđ Iustinianus Imperator in 50. libros redegit.

Panniculária bona,quemadmodũ Vlpia.in ti. de bonis dãnatorũ definit,sunt ea quæ in custodiam receptus,secũ attulit,non õia quidẽ, sed vestẽ qua is fuerit indutus,& nũmos inueterales,& anulos parui precij.

Pantomimus,dicitur is qui mimos representat atq; in ea arte tantũ pollet,vt oĩa possit imitari,a pari quod est oẽ,& mimeomę quod est imitor. Seneca in 4.epist. Si clamor & plausus & pãtomimica instrumenta perstrepuerint. Iuli⁹ Firmicus lib.3.matheseon. Si luna inquit a Mercurio defluẽs ad Venerẽ puenerit,organorios aut pãtomimos facit. Iaboleñ.li.38.dig.ti.de operis liberto.l. si libertus. Si libertus, inquit,artẽ pãtomimi exerceat.& supra eodẽ ti.l.patronus. Si quis,inquit, pãtomimum vel archimimum libertum habeat.

Papyrus,frutex est in palustribus Aegypti locis,aut quo Nilus non fluit,brachiali crassitudine,decẽ cubitorũ altitudine,ex cortice veste stragulas Aegyptij faciũt atq; ex eodẽ chartas.& ẽ aliõq materia cõbustibilis. Vlpia. in ti. de legatis 3. l.ligni appellatione. Harundines,inquit,& papyros comburunt.

Paranymphi & paranymphæ dicũtur græce,q latinis sunt pronubi & pnubæ hoc est, nuptijs prę

sidentes

sidentes. Aug. 14. de ciuitate, nonne oēs famulos atq; etiam ipsos paranymphos ante mittit foras, q̄ blandiri coniux coniugi incipiat? Hieronymus in ser. assump. Mariam, inquit, angelus Gabriel ac si cœlestis paranymphus intactam cu stodiuit, dictus est autē paranymphus a para qđ est iuxta, & nymphe, sponsa, quasi assidens sponsę. Commentator decretorum paranymphas somniat esse ancillas, dictas sic, vt ille putat, a parando lymphas.

n Parapherna, bona sunt quæcunq; præter dotem dantur sponsæ. Vnde paraphernica instrumenta dixit Sidonius Appollinaris puellæ tradita. & dicuntur parapherna a para quod est prę ter, & pherne dos, non vt vulgus loquitur, paraphrena. Vlpia. lib. 23. dig. ti. de iure dotiū. l. si ego. Si res dentur ea quæ Græci parapherna vocant, quæq; Galli peculium appellant.

o Parephippius, est qui equo isidet. siue equorum sessor a para græca præpositione & ephippiū. Iustia. li. 11. codicis ti. de cursu publico, l. parephippiū. Parephippium, inquit, eum videri, qui vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio conti nebat, Est autē Ephippiū stragulū qđ equo iponit Horat. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Martial. in disticho cuius lēma est, ephippium. Stragula succincti venator sume veredi, Nam solet a nudo surgere ficus equo.

q Parochus, interpretatur dator siue præbitor,

 hoc

hoc est, tributarius. Vnde scribit A. Gellius. Ven tidiũ velut parochũ vi&tum sibi ægre quæsisse, & erat parochorũ magistratibus prebẽda cõducere. Horatius. i. ser. Parochi qui præbẽt ligna salemq;. Idẽ in. 2. Vertere pallor tũ parochi faciẽ. Inde est parochia, parochorũ cõmunio. Aug. 14 de ciuitate. Fuit qdã nomĩe Restitut⁹ ĩ parochia Calamẽñ. eccl. non vt illiterati dicũt, parrochia p duplũ r.

Paroecos, est incola siue habitator in loco, & paroecia ĩcolatus siue habitatio, a para qd' est iuxta, & oeceo habito. Pompo. de verb. sig. l. pupillus. Incola, inquit, est qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem græci paroecon vocãt.

Paropsis, dis, genus est lancis grandioris, de q̃ in Euã. Qui intigit mecũ manũ in paropside, pro qua alius Euangelista catinũ posuit. Sene. in. 5. de beneficijs. Sic paropsidẽ argẽteã & aureã dicimus. Iuue. q; multa magnaq; paropside coenat. Marti. Cui portat gaudẽs ãcilla paropside rubra Halecẽ. Pomponius de auro & argẽto legato lege & si veluti paropsidas, tabulas, trullas.

Passum, est vinum illud quod ex vuis passis cõficitur, Hispani bastardo appellãt. Seruius in illud Virgilij secundo Georgicorum. Et passo psythia vtilior. Passum, inquit, ideo dicitur, quod ab igne patitur decoquendo, sed illud quod decoquitur, non passum, sed defrutum aut sapa dicitur. Iuuenalis. Passum & municipes Iouis aduexisse lagenas. Vlpianus de tritico & vino legato, leg. si quis,

si quis, Passum, inquit, nisi contraria mens sit icet ligitur. Proculus in eo titulo. lege, qui vinum. Cui dulcia legata essent omnia hæc esse legata. mulsum, passum, defrutum, & similes potiones.

Pastinare, est agrũ fodere, dictũ verbum a pastino, qđ est ferramẽti genus bifurci, quo plãtæ pãgũtur. autor Columella li. 4. de re rustica. Sed cõsuetudo quic quid emoti soli vineis pręparatur, Repastinatũ vocat. Matthei. 12. Vineã pastinauit homo, & sepẽ circundedit. Vlpianus libro 43. quod vi aut clam. l. semper. Is cui fundum pastinãdum locaueras. Paulus de verb. sig. l. impensæ. sicuti arbusti pastinatione vltra q̃ necesse fuerat.

Pater, præter notã significationẽ quã habet in promptu, significat etiã senatorẽ, nam senatores patres cõscripti appellantur. illi propter ætatẽ. hi propter curam, hoc adnotaui ne quis decipiatur Accursij verbis, in illud Iustiniani li. 10. institutionum. ti. quibus modis ius. P. P. S. quem sibi princeps patrem elegit .i. Senatorem.

Peculatus, furtũ est rerum publicarũ, exptum dici a pecore eo tẽpore quo Romani nihil præter q̃ pecudes possidebãt. Salust. in Iugurtha. Peculatus ærarij factus est. hinc apud Iurisconsultos in li. dig. ti. est ad leg. iuliã peculatus.

Peculiũ, verbũ quoq; frequens in iure ciuili, vt ait Seruius in illud Virg. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Est simpliciẽ patrimoniũ, ita eni maiores nostri dicebant a pecoribus in quibus

 corũ

eorum constabat vniuersa substãtia, sed postea il lud tantũ appellari cœptũ est peculiũ, q͛ seruus in potestate domini, & filius familias in potestate patris constitutus possidet.

Pecunia prẹterea dicta est a pecude, quoniã vt inquit Varro, a pastoribus horũ vocabulorũ fuit origo. Plin. li. 33. pecuniã accepisse nomẽ scribit a nota pecudis nũmo impressa, sed iã pecuniẹ appellatiõne oẽ illud cõtinetur, quod pecuniã mensurari pòtest. Pau. de verbo. sign. l. pecuniæ. Pecuniæ inquit, appellatione rẽ significari Proculus ait, hoc est, patrimoniũ, infra eodẽ titulo Vlp. Pecuniẹ inquit, verbũ nõ solũ numeratã pecuniã cõplectitur, verũ etiã oẽm oĩno pecuniã, hoc est oĩa corpora.

Pecus, dis, est oẽ animal q͛ caret ratiõne atq; effigie humana, nã & de piscibus Horati⁹ in pri. car. dixit. Oẽ cum Proteus pecus egit altos visere mõtes. Caius tamẽ li. 9. dig. ti. ad legẽ aquiliã. l. le. aquilia. Seruis inquit, nostris exequatur quadrupedes quẹ pecudũ numero sunt & gregatim habẽtur, veluti oues, caprẹ, boues, equi, muli, asini, sues etiã, sed canis inter pecudes non est.

Pedamẽtũ, dicitur vitis fulcimentũ. Varro in pri. de re rustica. Q uibus fiat recte vinea dicuntur Pedamenta, quæ transuersa iunguntur iuga. Vlpia. li. 47. de tigno iuncto, Vineis, inquit, necessaria, perticæ pedamẽta.

Pedules, calceatui aptæ fasciæ erãt, quibus antiquiores vtebantur. Plin. lib. 8. mures ait, abrosisse

Carboni

Carboni imperatori fascias quib⁹ in calceatu vtebatur. Tales fascias Vlpianus crurules & pedules vocat, in titulo de auro, & argento leg. l. argumento. Fasciæ inquit, crurules pedulesq; & pilea vestis loco sunt, quia partē corporis vestiūt, vbi crinales p crurules legitur.

Periurare, quoties i libris digestorū legitur, est vitium scriptoris, quoniam in pandectis Florentinis semper pro eo legitur peierare.

Pellex, concubina est illi⁹ qui habet vxorem, eoq; distat a Pallaca, quę est cōcubina cœlibis, dicta est autē pellex a pelliciēdo, qd̓ videlicet attrahat alliciatq; alteri⁹ virū. Cui mulierū generi pœna est a Numa Pōpilio constituta hac lege. Pellex arā Iunonis nec tangito, si tāget, Iunoni crinibus demissis agnū fœminā cędito. Paulus de verb. sig. l. māfurius. Caius inquit, Flaccus scribit pellicē vocari, quæ cū eo cui vxor sit, corp⁹ misceat, aut quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit.

Penaria cella, & penariū, vt inquit, Varro locus est vbi penus reponitur atq; adseruatur. Cic. 5. in Verrē actiōe. Cato sapiens Siciliam cellā penariam reip. dicebat. Vlp. ti. de penu lega. l. q. penū. Quę horrei penarij vel cellę penariæ nātruē d gratia habentur.

Penus. oris, siue pen⁹. us, est vt ait Cic. in. ii. de natura deorū, omne illud quo vescuntur homines. Atq; vt Phauorinus apud Gel. ostēdit, penus est quod lōgę vsionis gratia cōtrahitur atq; recō-

ditur,ex eo dictũ ꝙ nõ i promptu sit,sed intus re conditur,& habeatur penus. Apud Iuriscon.tit. est de penu lega. hoc est iis de rebus quæ adseruantur in penario ad longũ tẽpus,nã q ad breue, in prõptuaria sunt cella,inde appellata,ꝙ in prõ ptu sit,quẽadmodũ penus in recessu interiori.

Penes prępositio,vt ĩquit Fest⁹,differt ab eo qđ ẽ Apud,qđ apud pſonã tãtũ cũ loco significat,vt si dicas,pecunia est apud me,possis id recte dicere etiã si tua nõ sit. Penes vero nõ tantũ pſonã & locũ designat,sed etiã dominium,vt si dicas,pecunia est penes me,significat qđ est tui iuris ac potestatis. Vlp.in ti.de verb.sig.l.penes te. Penes te, inquit,amplius est q̃ apud te est,nã apud te est,qđ qualitercũq; a te teneatur,penes te est quod quodam modo a te possidetur.

Peniculus,pictoris est instrumenũ quo inducit in picturã colores,dicitur & penicillus,vtrũq; per diminutionẽ ab eo qđ est Penis,hoc est,cauda inclinatũ,nã in modũ paruę caudę prominent setę ex quibus fit peniculus. Plin.lib.35. Arrepto peniculo lineã ex colore duxit. Martianus in tit. de fun.instru.l.pictoris,Peniculi inquit,& cauteria & conchæ.

Perduelles,ab antiquioribus dicebãtur,qui postea dicti sunt Hostes,nã hostes dicebantur quos nũc vocamus peregrinos.Cic.in.1.officiorũ. Eg dẽ illud animaduerto, qđ qui proprio noie perduellis esset,is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam

ftitiã mitigare. Caius i ti. de verb. sig. l. Quos nos inquit, hostes appellamus, veteres perduelles ap pellabãt, hic pduellio onis. p ipsa i rep. aut in pri cipe hostilitate eorũ q hostes patriæ iudicati sunt. Sue. in Iulio. Subornauit q C. Rabirio pduelliõis dię diceret. Perduellionis crimine primus oĩm dã natus est Hora. ob sororẽ interfectã, sed absolut⁹. Vlp. in ti. ad leg. Iul. l. is q. Qui pduelliõis, inquit re⁹ ẽ, hostili aĩo aduersus rẽpu: vel pricipẽ aĩatus

Pergula, est mẽsa in qua opifices opa sua (est: vẽdenda exponũt. Hinc Pli. scribit Appellẽ tabu las quas pingebãt trãseunti populo iudicãdas in pgula cõsueuisse pponere. Vl. li. 9. dig. ti. de iis q deiecerũt. l. Si vero. Cũ pictor, inquit, in pgula cly peũ vel tabulã expositã habuisset, eaq; excidisset.

Pharmacũ interpretatur venenũ, qđ tã grçce q̃ latine mediũ atq; indifferẽs est ad bonũ & ad ma lũ. Cai⁹ de verb. sig. l. qui venenũ dicit.

Philyra siue philura, arbor est quę a latinis Ti lia dicitur, appellãtur quoq; philurę tuniculę quę dam intra philurę arboris corticẽ, atq; inde libra riorũ quoq; chartæ ad scribendũ philurę dicũtur, siue illę sint ex Tilia siue ex quacũq; alia materia. Martianus de philologiæ nuptiis li. 1. Rari vero li bri in philyrę cortice subnotati. Herodianus quo que li. 1. mentionem libelli facit e tenuissima phi lura. Plini. lib. 13. Præparantur, inquit, ex papyro, chartę diuisę acu in prętenues, sed q̃ latissimas phi luras. Vlpi. tit. de legat. 3. l. librorũ appellatione

Siue in philura, inquit, aut in vitellitia vt nonnulli conficiunt.

Philippi, orum, colonia est Traciæ siue Macedoniæ, de qua Luca. in pri. pharsaliæ. Vidi iā phœbe Philippos. Extat epistola Pauli apostoli ad Philippēses. Philippēsis coloniæ meminit Iurisconsultus in titu. de censibus.

Pistrinum dicitur locus siue machina in quā frumentum molitur, dictū a pinsendo, hoc est molendo. & Pistores qui molūt. & Pistrinatij qui pistrini curā gerunt. Paul. de verb. sing. Pistrinū & horreum insulæ dotali adiectum. in tit. quoq; de impensis. l. 1. & sæpe alias.

Pityocampe, vermis est siue eruca in nucibus pineis, nā pitys est pinus, & cāpe eruca. Plin. li. 23. Pinorū inquit, erucas quas pityocāpas vocāt. Itē li. 29. Eadē pityocampis in pinea nascētibus, eadē bupresti similiter præparatur. Marcel. lib. 48. ad legē corneliam de veneficis & sicarijs. l. eiusdē, vbi pro bupresti & pityocāpis bubostrū & pityocarpas mendose legitur.

Plagæ, sunt retia rariores maculas habētia. Vir. 4. Aenei. Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Vlp. in titulo de fūdo instru. l. quæsitū. Aucupes, inquit, & plagæ huiusmodi instrumēto cōtinebuntur. Accursius plagas palos esse putauit, quibus retia fulciuntur.

Plagiarius, non tam eum significat, qui surripit seruos alienos, quod putauit Accursius, quā eum

quí

qui liberũ hominẽ in seruitutẽ trahit, quiq; hominẽ emit, quẽ scit esse liberũ, & qui liberum esse sciens vendit, aut eo vtitur quasi seruo. Plagiũ vero est ipsa pœna quę plagiario infligitur. Martia. Impones plagiario pudorẽ. Plagiariorũ quoq; meminit Paulus apostolus in prima ad Thimotheũ epist. Apud iurisconsultos titulus est de plagiarijs ad legem flauiam.

Polio onis, dicitur qui arma polit. Iulius Fir. li. 2. Mars inquit, & Mercuri9 in decimo ab horoscopo loco poliones faciunt. Callistratus li. 50. de iure immunita. l. quibusdam.

Polyposus, is dicitur qui polypo morbo laborat, est autẽ polypus, vt inquit Celsus li. 7. carũcula modo alba modo subrubra, quæ nariũ ossi inhæret, strãgulatq; hominẽ, maxime Euro aut Austro flante. Paulus quoq; Aeginita. Polypus, inquit, tumor est pręter naturã in naribus cõsistẽs, a similitudine marini polypi noĩatus, quod eius carni similis sit. Gal. li. 5. decameridõ multa de origie & cura illius scribit. Vlp. li. 21. dig. ti. de ędeli. ed. l. qui clauũ habet morbosus est, & polyposus.

Polinctores dicũtur funeris paratores, nã polincere est funus parare. Plaut. in penulo. Propterea apud vos dico confidentius, quia mihi polinctor dixit, qui eũ polinxerat. Idẽ i asinaria. Ecquis currit polinctorem accersere? mortuus est. Demenetus. Vlpian. de institoria actiõe. l. quicũq;. Si libitinarius, inquit, seruũ polinctorem habuerit, isq;

mortuū spoliauerit, dandā in eū quasi institoria actionē. Itaq; nōnihil interest, cū Libitinarij videantur qui funus curāt, Polinctores q. efferunt.

Popina, locus est vbi edulia esculētaq; parantur hoibus nō satis honestis. Vnde Lucilius. Infamēq; inhonestam, turpemq; odisse popinam. Nonius. Quos nunc dicimus tabernarios a popinis, vel luxuriosos qui se popinis dedunt. de legatis tertio. l. cætera. Ad tabernas inquit, vel popinas extenditur.

Postliminiū, vt inquit Festus, a post & limē cōponi videtur, nā postliminio, inquit, receptus est is, qui cū extra limina, hoc est terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad ꝓpria reuertitur. Cicero tamē in libro topicorū ex autoritate Seruij Sulpicij, in postliminio nihil esse putat nisi post, liminiū vero nihil significare, sed tantū nominis esse productionē. vt timus in legitimus & finitimus, & tulliū in meditulliū, & subdit, Postliminio redeunt hęc, homo, nauis, mulus, clitellarius equus, et equa quæ frena recipere solet. Vnde in libris dig. titulus est de captiuis & postliminio reuersis.

Præses is dicitur qui prouinciā armis tuetur, ne desciscat atq; rebellet, a dominio illius cui est subiecta. Sed queadmodū Vlpia. in ti. de officio præsidis ait, ad illū pertinet potissimū, vt pacata & quieta sit prouincia quā regit. sic euangelista Pilatū Iudeæ præsidem appellat, sub quo Christus passus est.

Præmatura, dicũtur poma quæ nondũ venerũt ad maturitatẽ. Luca. li. 7. Ad præmaturas segetũ ieiuna rapinas Agmina cõpulimus, & sic p translationẽ mors prẹmatura dicitur, quæ venit ante tẽpus. Gel. li. 19. Cũ significamus coacti⁹ qd factũ & festinãtius, tũc rectius præmaturẹ id factũ esse dicimus. Papinia. li. 4. dig. ti. de verborũ obligationib. l. liber homo q bona fide. Decẽ inquit hodie dari spondes, dixi posse vel ab eodẽ die pecuniã peti, nec videri præmaturius ãgi nõ finito stipulationis die, præmaturius exponendũ est, id est, festinantius vt apud Gelliũ.

Prętoriũ, non solũ est domus vbi Prętor habitat, vel vbi ius reddit, sed etiã regum, principũ, & summorũ magistratuũ, Vnde nauis prętoria, & cohors prætoria, & porta prætoria. i. ad regẽ vel principẽ pertinẽs. Significat quoq; prętoriũ, villã in agro magnifice exstructa, in qua significatiõe accipitur apud Iuuena. Criminibus debẽt hortos prætoria, mensas. Marti. Ad lapidẽ torquatus habet prętoria quartũ. Sueto. in Caligula. In extructionibus, inquit, prætoriorũ atq; villarũ oĩ post habitatione nihil tã efficere cõcupiscebat q̃ qđ effici posse negabatur. Neratius li. 8. tit. de seruitutibus rustico. prædi. l. rustic. prædi. Vel cloacã, inquit, habere licere per vicini domũ vel prætoriũ vel protectũ habere licere. Vlp. de verb. signifi. l. vrbana. Sed & si forte stabula sunt vel alia meritoria i villis & in vicinis, vel si prętoria voluptatĩ

tantũ

tantũ deseruientia,quia vrbanũ prædiũ non locus facit, sed materia. En quomodo vtrobiq; prætorium pro ædificio in agro ponitur.

Pridie cũ accusatiuo & cũ genitiuo cõstruitur, nam vt ait Prisci. tẽporalia & localia aduerbia in præpositiones transferuntur. vt pridie calẽdas, & pridie calendarũ. Vlpia. lib. 24. titulo soluto matrimonio. le. fructus. Si mulier inquit, pridie vindemias dotem dederit. Idem titulo de testamentis. le. qua ætate. Si testamentũ inquit, pridie calendarum fecerit.

Primipilus in bello dicebatur, qui quatuor cẽturijs, hoc est, ꝙ quadringẽtibꝰ militibus præerat. Martia. Grata pudẽs meriti tulerit cũ præmia pili. Modest. li. 27. tit. de excusationib. l. nõ solũ. Qui primipilũ, inquit, expleuit. & ibidẽ. Qui ad caligatas milirias & reliquas militauerunt. & i eodẽ tit. atq; eodẽ autore. l. sed & primipilarij iquit, ex cõstitutionibus imperialibus vacationẽ habẽt. Appellatur & idẽ primipilaris, vt de lega. 3. l. pater filiũ. Iulius inquit, agrippa primipilaris. Iustinia. li. 12. codicis, de primipilo & dignitate & commodis primipilatus nonnihil disseruit.

Principia, in castris dicebantur, in quibus principes castra metebantur, nã vt inquit Varro de lingua latina, milites hastati dicti sunt qui primi hastis pugnabãt, Pilani qui pilis. Principes qui pricipio gladijs. Inde principalis porta castrorũ dicitur, vt inquit Festus, quod in eo loco est, in quo prin-

principes ordines tẽdũt.i.centoria figũr,& princi
palia i castris inde dicta,vt apud Trogũ li.11. Si
principalia castrorũ cerneres,senatũ te alicuius re
ip.priscæ videre diceres. Sunt itaq; principia in
acie,vbi cõsistũt milites, cognominati principes.
Liuius lib.8.ab vrbe con. Principia latinorũ pro
turbant clamore sublato. Valerius de disciplina
militari. Ad principia inquit,per omne militiæ
tempus adesse. Terent.in Eunucho. Tu hosce in
strue,hic ego ero post principia. Martia.li.49. de
re militari.l.officiũ.Officiũ,inqt tribunorũ est pri
cipijs frequẽter interesse. A ccursius pricipijs expo
nit,cũ milites assumũtur,vel cũ rixa aliqua nasci
tur. Sed nihil mirum est,reconditos sensus igno
rasse, qui cõsueuit in manifestis cæcutire,

Priuilegiarius,is appellatur cui priuilegiũ ali
quod est cõcessum,qui ab indoctis priuilegiatus
dicitur,pari errore illi quod ꝑ beneficiario vocãt
Beneficiatum,nã Beneficiarius & Priuilegiarius,
ea figura dicuntur,qua donatarius,legatarius, te
stamẽtarius,depositarius. Vnde milites beneficia
rij dicti qui vacabãt officio, Festus, Vegetius, &
Cæsar belli gallici vltimo cõmẽtario. Vlpia. lib.
42.de priuilegijs creditorũ.l.si vetri. Quorũ pecu
nia ad creditores priuilegiarios peruenit. Et stati
bis põnit creditores priuilegiarios. Idẽ li.2.de pa
ctis.l.rescriptũ. An priuilegiarijs,inquit,absentib⁹
hæc pactio noceat.Idẽ Vlp.li.14.ti.qđ cũ eo qui i
aliena potestate,l.Sed an hic, Recte iquit, dicetur
occu

occupantis meliorẽ esse conditionẽ,nisi quis priuilegiarius veniat. Sed neq; priuilegium dicitur qđ priuet legẽ,vt isti putãt.sed quod sit lex priua hoc est,propria alicui in illius fauorẽ concessa.

Procurator Cæsaris,erat,qui res Imperatoris procurabat.Refert Cor. Tacitus,quod Claudius Cæsar ꝓcuratoribus suis omne ius tradidit,parẽque vim in rebus peragendis esse voluit,ac si ipse statuisset.atq; vt simpliciter loquamur,Vlpiano lib.3.dig.autore, procurator est,q aliena negocia mãdato dñi administrat, sed de officio procuratoris Cæsaris.tit.est in.1.dig.li.vbi Vlpian. ait, quæ acta & gesta sunt a procuratore Cæsaris, sic ab eo cõprobari,ac si a Cæsare gesta essent.

Promercalia,dicũtur quę vt diuẽdãtur pluris, fuerũt empta.Gellius lib.4.Ex iis inquit,quæ promercalia & vsualia.Columel.lib.pri.Aut animalibus,aut rebus aliis promercalibus occupet. Idem lib.11.de officio villici.Pecuniã domini neq; in pecore,neq; in aliis rebus promercalibus occupet.Paulus lib.25.dig.titu.de impensis.l. quod si. Quod si res inquit,in quibus inpensæ factæ sunt fuerint promercales,tales impensæ non voluptuariæ,sed vtiles sunt.

Prolytæ, Iustiniano autore in procemio digesto,illi dicebantur scholares, qui quintũ iam annũ iuri ciuili operam dederũt, quẽadmodũ appellabãtur Lytæ,qui quatuor annos eidẽ studio incubuere,nã qđ legitur Coloritæ, pro eo qđ debuit

esse

esse Prolitæ, mendũ est manifestariũ, ex Florentinis illis pandectis deprehensum. Sed cur illi dicatur Litę.i. soluti, hi vero Prolytæ.i. præsoluti, nõdũ mihi liquet. nisi forte hi sunt quos nũc vocant licentiatos, illi, quos bacularios.

Promptuariũ, cella est in qua reponũtur edulia quæ ad vsus cotidianos cõparata sunt, eoq; differt a penario, vt in suo loco dictũ est, cũ sit penus, vt Phauorin9, qđ lõge vsionis gratia cõqritur. Apuleus in .1. de asino. Ex promptuario oleũ vnctui & lintea tersiui. Hieronymus interpres in psalmo. Prõptuaria eorum plena eructantia ex hoc i illud. Paul. ti. de penu legata. l. nam quod. Si cui quæ in promptuario sunt legata sunt. Dicitur quoque cella prõptuaria, & Promus dispensator. Omnia a promendo dicta.

Promulsidarium, poculũ est mulso bibẽdo aptũ. Mulsũ autẽ vt diximus, potus est ex mellis & vini cõmixtione cõcinnatus. Põponius titu. de auro & arg. lega. l. & si scutellas, inquit & promulsidaria cõtineri, repositoria quoq; continebuntur.

Proreta, dicitur is qui nauis proræ præfectus est, & est græcũ, nã proreus dicitur. Plaut. in rudẽ. Si tu isti naui preta es, ego gubernator ero. Pau. li. 39. de publicanis & vectigalibus. l. conte m. Proreta inquit, nauta ve.

Proscœniũ, inquit Seruius in illud Vir. 2. geor. Veteres ineũt proscœnia ludi. est pulpitũ ãte scœnam in quo ludicra exercentur. Vlpianus li. 50. de

pollicitationib.l.de pollicitationi. Probe inquit, faciet Statius Ruffinus, si op⁹ proscenij perficiat. Iustinia.lib.11. codicis, tit de spectaculis.l. si quã. Vel in theatri inquit proscenijs. Vtrobiq; Accursius nihil aliud q̃ locum esse dicit.

c. Proscindere terram, est illam vertere cum primũ aratur. Nam ad ver nactum terra primum proscidnitur. deinde offringitur siue iterat. postea tertiatur. Virg.1.Geor. Et qui proscisso quæ susci tat æquore terga. Varro in.1. de re rust. Terram inquit, cum primum arant, proscindere appellãt, quod iterum, offringere dicunt. Paulus titulo de verborum significationib.l. silua. Noualis inquit est terra proscissa, non præcisa quod delirat Accursius.

Prothyrum, autore Vitruuio est vestibulũ ante domorum ianuas, a pro quod est ante, & thyra ianua, aliquando etiam pro antepagmẽto.i.ianuarũ ornatu ponitur. Idem Vitruuius alibi. Nos inquit, prothyra appellamus, quæ græce dicunt diathyra. Vlpia.tit.de fundo instruct.l. quæsitum Prothyra domus, si velamen est, instrumento domus continetur. Accursius ægroti somnia narrans, prothyron a thyros quod est magister, deducit. Sed quomodo magister instrumẽto domus cõtineatur, ipse viderit. Multo adhuc somniculosi⁹ in illud Põponij de verbo.signif.l. statuæ. Prothyrum quod in ædibus interdum fieri solet. Prothyrum inquit, quia procul trahitur, quasi latina

dictio,

dictio esset. Illud profecto simplicius, quod inge nue fatetur se nescire quid prothyrum sit.

Protocolon, interpretatur primū mēbrū, vt sit prima illa scriptio, quā in commentarij modū tabelliones scriptitant, quæ significātius Cōmentationes, aut Prototypa, aut Archetypa dici possēt. Codice titulo de tabellionibus, coll. 4. Vt protocola, inquit, dimittant in chartas.

Proxeneta, non vt vulgo legitur, prosenta, latine interpretatur mediator, id est, qui conciliat inter se ementes & vēdētes, maxime hospites, vnde nomen deductum est. nam xenos hospes interpretatur. Seneca in epist. Nolo proxenetæ nomē tuū iactēt. Et Martial. Vatiniorū proxeneta fartorū. li. 50. dig. de proxenetis. l. si ꝓxeneta. & ibidē sepę.

Publicanorū ordo, quēadmodū Cicero in multis locis scribit, Romæ fuit hominū honestissimorū: hi vectigalia publica cōducebāt, & inde dicti. In sacris literis publicanus nomen propemodum est īfamię, propterea ꝙ qui portoria exigūt, odio sunt oībus. vnde Saluatori nostro vicio dabatur, ꝙ cum publicanis & peccatoribus manducabat. Apud Iuriscō. ti. est de publicanis & vectigalib9.

Pulmentarium, dicitur a pulmēto. Pulmentum vero, vt ait Varro, dictū est, ꝙ id edebāt cū pulte. est aūt cibus solidior vtrūq;, siue illud sit ex aquatilibus, siue ex terrestribus. Hor. 2. ser. Pulmētaria quęre sudādo. Cato de re rust. Pulmētariū familiæ oleæ caducæ ꝗ plurimum cōdito. Pau. ti. de. fun.

 instru.

instru. l. cū de lanionis. Sine his scilicet patinis & cacabis pulmētariū coqui non potest.

Pustulatum argentum, dicitur, quod est purū & absq; omni spurcitia. dictum pustulatum, quasi purum putumq;. pustula quoq; ipsa argenti puri massa dicitur, Martialis. Et nimium foelix pustula vincit ebur. Idem. Nulla venit a me argenti tibi libra pustulati. Suetonius in Nerone. Nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrizum exegit. Alphenus libro decimo nono, titulo locati & conducti, lege in naue Saufhelli. Cum argentum, inquit, pustulatum fabro daretur. Accursius hallucinans varijs modis, legit quasi is qui nihil certi ac definiti tradit.

Q.

Quali, sunt canistra vindemiæ apta siue ad comportandas vuas, siue ad colandum mustum, vt vult Seruius, inde dicta. Ait namq; in illud Virgilij 2. geor. Tu spissos vimine qualos colaq; prælorum fumosis deripe tectis. Quali sunt p quos vinū defluit, qui & ipsi a colando sunt dicti. Columella in horto. Ipse ferens olitor deductos pondere qualos. & Cato de re rustica. Ad vindemiam, inquit, parentur quali & farcinantur. Vlpianus de fun. instructo. l. instrumenta, Quali, inquit, vindemiatorij exceptorijq;, in quibus vuæ comportantur.

Quini,

Quini, æ, a. quemadmodum de binis & denis est dictũ, nomen est diuiduũ siue distributiuũ ad singulos tãtũ. Aphricanus li. 21. ti. de euictionibus. l. si duos. Si duos, inquit, seruos quinis a te emã, & eorum alter euincatur &c. Accurs. quinis pro bis quinq; exponit, falso nimirũ interpretamento, aliud namq; est emere duos seruos quinis aureis, aliud bis quinq; .i. decẽ aureis, nã illud significat qđ quẽq; illorũ emi quinq; aureis diuisim, hoc vero qđ ambos emi decẽ aureis cõiunctĩ. Cui vero sensui magis accõmodari debeãt verba legis, iurisc õsulti viderint, nos sermonis latini puritatem inquirimus.

R.

Refigere, est id quod fixum est labefactare atq; conuellere. nam sunt verba quædam quę composita cum re vertunt significationẽ in cõtrarium, Virg. 6. Aen. Fixit leges precio, atq; refixit. Hora. pri. epi. Qui tẽplis Parthorum signa refixit. Venuleius lib. 43. quod vi aut clam. l. si vitẽ. Si fixeris, inquit, & ego refixero. Paulus titu. de verborum obligatione. l. inter. Tabulæ ait, refixe sunt. Venuleius ti. Ad legem Iuliã peculatus. l. qui tabulam. Qui tabulã, inquit, ęreã refixerit. Tabulã æreã Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat scripta, vt sic promulgaretur. Quod vero huiusmodi tabulę essent æreę, ostendit Ouidius in pri. metamor. cũ dicit.

Nec verba minantia fixo ære ligabātur.

Repetundarū, vel de repetūdis, accusatur quis vel dānatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit, vnde accipere nō debuit. Neq̃ habet alios casus q̃ genitiuū & ablatiuū numeri pluralis. Salustius in Catilina substātiuū subintel lectū expressit dicens, Catilina pecuniarū repetū darū, re⁹. Tit. est in lib. dig. 48. ad leg. Iul. repetū darū, de qua Martian⁹ his verbis scribit. Lex Iu lia repetūt, pertinet ad eas pecunias q̃s q̃s i magi stratu potestatisue curatiōe, legatiōe vel accepit.

Replumbari dicitur argentū, quoniā elaborati argenti partes nō possunt consolidari, nisi inter ueniente plūbo, nam quēadmodū supra diximus ferruminatione fieri per eandem materiā, ita nūc dicimus plūbationem fieri per aliam materiam, hoc est per plumbū. Seneca in quarto naturaliū questionum. Argentum, inquit, replūbatur signorum argumenta soluuntur. Vlpia. de auro & argento legato. l. cum aurum. An replumbari debeam cum sic appenduntur. Replumbari igitur est plumbum auferre.

Resipiscere, est ex temporario furore in pristinū sensum redire, Liuius lib. 24. Si quis resipiscat & antiquam sanitatem recipiat. De vulgari & pu pil. l. ex facto. Desinere inquit, valere testamentū cum resipuisset.

Rheda, vehiculi genus est. Quintilianus lib. pri, vocabulū gallicū esse putat, Plurima inquit,

Galli-

Gallice valuerũt, vt rheda, petoritũ. quorũ alterō Cicero, altero Horatius vtitur. Iabolenus libro 10. titulo; locati & conducti, lege, cũ i plures. Pro sola, inquit, rheda portorium daturus fuerit.

Riuales; dicuntur qui eundem riuum commu/nem habent. Gellius libro decimotertio. Negoti um quoque alicuius quod ei forte de aquæ ductu cum riualibus est. Pomponius libro quadragesi mo tertio, titu. de aqua cotidiana, lege, ꝫ de iure. Dum ne fundum, inquit, domino aut aquarium riualibus deterius faciat. Per translationem riua/les dicuntur, qui communem habent amicam. Iu uenalis. Non vnus tibi riualis dicabitur hæres.

Rogatio, onis. pro eo qđ est lex, propterea sic appellata, ꝙ cũ promulgatur, populus rogatur, vellit ne, & iubeat eam legem sanciri Festus. Roga tio, inquit, est cum populus cõsulitur de vno plu ribusue hominibus, qđ nõ ad omnes ptineat. & de vna pluribusue rebus de quibus omnibus sanci/atur. Nam quod i omnes homines resq; populus sciuit, lex appellatur.

Rubrica, genus est terre rubræ, quæ ad picturã solet accommodari. habetq; accẽtũ in penultima. Hor. ser. li. 2. Prælia rubrica picta aut carbone. Per si. Nõ secꝰ ac si oculo rubricã dirigat vno. Quæ vero i iure ciuili & põtificio dicũt rubricę, tituli si ue indices rubri, vel ex rubro, possunt rectius ap/pellari.

Ruder, eris, siue rudus, eris, est purgamentum

domus,siue putei,siue cuiuscunq; rei quę ex sordi
b⁹ purgari debeat. Columel,in horto.Rudere cũ
pingui solido vel stercore aselli.Sueto. in Vespa
siano.Ipse restitutionem Capitolij aggressus ru
deribus purgãdis manus primus admouit. Vlpi.
titulo de damno infect.l.prætor ait. Neq; domi
nus velit rudera egerere. & in eodem titulo sępe.

S.

SAccarius,dicitur baiulus qui sacco defert transfertq; merces,aut aliqd aliud a loco in locum. Et saccaria negociatio est dicta quæ circa saccos versat. Apu leius pri.de asino. Operculas quas adhuc veget⁹ saccariam faciens merebam. Vlp.in quadã lege. Si quid,ait,ex sacco saccarij excidisset. Et est sac cus idẽ fere atq; ex eadẽ materia,qua sagũ, gi.

Saccus,ci.& sacculus,li,p nummorũ loculis ac cipiuntur plerũq;.Pli.li.2.Aurũ & ęs & argẽtũ li quatur in sacculis.Marti.Excussi loculosq; & sac culũ. Vlp.li.47.in ti.de furtis.l.vulgaris.Si qs in quit q viginti nũmorũ saccũ deposuisset,aliũ sac cũ in q̃ scit triginta nũmos esse acceperit. Et pau lo post.Si quis ait,surripuerit furto duos saccu los,vnũ decẽ,alterũ viginti nũmorũ.Idẽ in ti. de statu liberis.l.statu liberos. Decẽ inqt, iussus erat dare.10.dedit,siue numerauit,siue i sacculis dedit

Sacculari⁹,dicit,q saccis.i.loculis qbusdã pręsti

gias

glas quasdā exercet, vt aliud fiat, aliud videatſſe ri. Vlp. in ti. de extraordinarijs criminibus. l. ſac cularij. Saccularij inquit, qui vetitas i ſacculis ar tes exercētes, partē ſubducunt, partē ſubtrahunt. Idem in tit. de effractorib. & expilatori l. pri. ſac cularium ꝑ fure qui in ſaccum res furto ablatas inijcit, accipere videtur. Simili inquit, modo ſaccu larij & dietarij, erūt puniendi.

Sacrum, vt Macrobius libro Saturnalium .i. autoritate Trebatij definit, eſt omne illud quod deorū habetur, idq; probat multis Virgilij carmi nibus. Iuſtinia. lib 2. inſtitutionum. Sacræ, inquit, res ſunt, quæ rite per Pōtifices deo dedicatę ſunt. Martianus quoq; lib. 1. dig. tit. de rerū diuiſione. l. in tantum. Sacræ inquit, res ſunt hæ, quæ publi ce conſecratæ ſunt, non priuatim.

Sagarius, eſt venditor ſagorū, de quo Iuuena. dixit, An ſaga vēdēdi nubat caupone relicto. Eſt autē ſagū textū ex lana caprina, aut hirta ex oui bus, idem fere qđ ſaccus. Vndē Sagari9, a, um, ad ſaga pertinens. Vlpia. lib. 14. ti. de tributoria acti one, l. procuratoris. Duas, inquit, negociatiōes pu ta ſagariam & lintheariam.

Sagmen, inis, herba notiſſima eſt, nō tamē ſub hoc nomine, ſed ſub alio quo appellatur Gramē ſiue verbena, græce agro tis, quæ vero Hiſpanē dicitur vulgo verbena, ea latine eſt verbena pe tica, & græce piſtereon. Liuius. 1. ab vrbe condi. Sagmina, iquit, te rex poſco. rex ait, purā tollito.

tecialis ex arce graminis herbã purã attulit,& se quitur. Verbena caput,pilosq; tangẽs.Idẽ quoq; scribit Plin.li.22.Non aliunde,inquit,sagmina in remedijs publicis fuere,& in sacratis legationib9 q̃ verbenæ,certe vtroq; nomine idẽ significatur, hoc est gramẽ ex arce cũ sua terra reuulsum.Martia.lib.1.de rerũ diui.l.sanctũ est.Sunt inquit sagmina quędã herbę, quas legati pop.Ro.ferre solebãt, ne quis eos violaret, sicut legati Gręcorum ferunt ea quæ vocantur ceratia.i.siliquas

Salgama,inquit Merula, appellantur quęcũq; conditanea ad victũ nostrũ ex sale in vasis adseruantur.Columell. li.12.de re ru.Locũ & vasa idonea salgamis præparari iubent.Idẽ in horto.Tẽpore non alio vili quoq; salgama merce.Condiebãtur autem ex sale præter oleas asparagi,caparis, & tristes inulæ,ferulæq; minaces.In li.12.codicis, titulus est de salgamo hospitibus nõ prę̃stãdo,Ne quis,inquit,comitũ, vel tribunorũ salgami nomine,culcitrã,lignũ,oleum,a suis extorqueat hospitibus. Accursius a sale & gamos compositũ esse dicit, q̃ culcitram interpretatur, quoniã, vt ait, propter nuptias culcitra est. Pulchra expositio, atq; tali digna interprete,qui putet culcitram ob eam tantũ causam paratam,& qui nulla cogente necessitate compositionem ex latino & græco faciat.Est igitur sensus legis,q; cum parochi soliti sint præstare hospitibus salgamũ, appellatione salgami nõ debẽt ab illis exigi culcitra,ligna,oleum,

um. Atqui ligna & sal solita esse præberi, testa-tur Hora.in.1.ser.cū dicit. Et parochi qui prębēt ligna salemq;. Sed a sale appellatū esse salgamū, non est dubiū. Sed appellatione salgami siue salis quid intelligi debeat, imperator expressit.

Saliens,tis.dicitur fistulæ pars illa vnde aqua salit, quæ grçce appellatur Crunos. Vitruuius li. 8. Athenis, inquit, vsq; ad portū pyreū ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo. Frontinus de aquę ductibus. Binos inquit, salientes diuersarū aquarū accepere. Vlp.li.19.dig.l.limes. Labra, inquit, salientes, fistulæ quoq; quæ salientibus iungūtur.

Salictum, locus est vbi salices consitæ sunt, p eo quod esse debuit, salicetum, ea forma qua a quercu fit quercetum, a lauro lauretum. Aliquādo etiam pro ipsis salicibus accipitur. Virgili9 in Buco. Hybleis apibus florem depasta salicti. Et i 3. Georg. Glauca canentia fronde salicta. Iurisconsultus arborum furtim cæsarum.l.vitem. Arborum, inquit, appellatione vitem contineri plerīq; existimauerunt, hederæ quoq;, arundines, & salictum, Pro loco vero salicum Columella li. pri. In prata & arua salictaq; & arundineta. Vlpi. ti. de fundo instructo.l.quæsitū. Arundineta, inquit, & salicta anteaquam cæsa sint.

Saligneus, a, um. qd' est ex materia salicis arboris notæ. Cato de re ru. Si lapis non erit, partī cis saligneis. Ouid. ę. meta. Lecto nō indignāda saligno, Vlp. Arborū furtim cęsarum.l.vitē. Sed &

 si qs

si quis salignеas virgas instituendi salicti causa defixerit.

Saltuarius, inquit Valla, est custos saltus. Saltus vero dicitur vbi pascuntur armenta, feræq; versantur. Iurisconsultus tamē de legatis tertio. l. cū quæritur, pro agri custode accepit. Neq; topiariū, inquit, ornādi, saltuariū tuēdi fundi magis q̄ colēdi causa paratū videri. Itē de fundo instructo l. instrumenta. Si viridaria, inquit, adsint topiarij, & si fundus saltusq; pastionem habet, greges pecorum pastores saltuarij.

Salustiani horti, fuerunt Romæ, quorū Plinius lib. 7. meminit. In conditorio, inquit, Salustianorū hortorum adseruabant. Aphricanus de legatis. i. l. Idem Iulianus. Si Salustianos, inquit, hortos, q sunt Augusti.

Sapa, quod grǽce tū hepsema, tū syreū dicitur, est cū mustum ad tertiā partē decoquitur. Plin. li. 14. Syreū quod alij hepsema, nostri sapam appellāt. Idē li. 23. Vino cognata res sapa est musto decocto, donec tertia pars supersit. Marcellus. Sapā inquit, quod nunc mellaciū dicimus, mustum ad mediā partem decoctū est. Vlpia. de fūdo instru. l. quæsitum. Vas inquit, æneū in quo sapa decoqueretur, & defrutū fieret, & ea quæ ad bibendū lauandumq; familiam parantur, instrumenti esse. Sapa, inquit Accursius quiddā quod fit ad potandum, dicta quasi parum saporis habens.

Sarcinatores, & Sarcinatrices, dicūtur autore No-

Nonio, qui pannos, siue ex pannis vestes cõsuũt. Plautus in aulularia. Petunt fullones, sarcinatores petũt. Lucilli9. Sarcinatorẽ esse summũ, suere centonẽ optime. Vlpia. lib. 47. tit. de furtis. l. itaq; fullo, Itaq; vel sarcinator, qui polienda vel sarc.ẽda vestimenta accipit. In alia quoq; lege. Et ancillarum, inquit, maxime si qua sarcinatrix erit.

Sarcophagus, lapis est qui peculiariter hoc habet, vt carnẽ ex cadaueribus exedat, dictus a sarx sarcos, quod est caro, & phago cõedo. Plin. li. 36. Sarcophagus lapis est, qui fissili vena scindi tur, corpora defunctorũ condita in eo absumuntur. Celsus li. 4. Lapis qui carnẽ exedit, quẽ sarcophagon grçci vocant. Vnde & pro sepulchro q̃ ex eo lapide fieri cõsueuit, plerũq; ponitur, sed & pro sepulchro ex alia quauis materia. Iuuenal. Sarcophago cõtentus erit. Modestinus de alimẽtis & cibarijs legatis. l. libertis. Ad sarcophagum inquit, meum, memoriã quotannis celebrẽt. Marcellus ti. de religiosis. l. funeris. Si qua inquit, vestiaria sunt, vel sarcophagi.

Sarculus, li. vel sarculũ, li, instrumentũ est quo sata sarriũtur, id est, herbis internascẽtibus purgantur. Iuuena. Ne marrç ac sarcula desint. Aliquando simpliciter pro instrumẽto fossorio accipitur, vt apud Horatiũ in pri. car. Gaudentẽ patri os findere sarculo agros. Vlp. de fundo instruct. l. instrumenta. Ligones inquit, sarculi, falces putatoriæ, bidentes. Accursius multipliciter exponit.

Sar

Sardonyx,ychis.lapillus est vnus ex iis qui in precio habetur,referens colorē Sardij & Onychis ex quibus videtur compositū esse nomē. Onyx aūt lapis est quē vulg⁹ Corneolā appellat.De Sardonyche Plinius li.37.multa scribit. Vlp.li.48.ti. de bonis dānatorū.l.diu⁹.Si dānat⁹ inqt,in digito habuerit aut sardonycha,aut aliā gēmā magni p̄

Sarmatę,siue Sauromatę,nā vtroq; mo (cij. do appellātur, populi sunt septentrionales,alteri in Asia,alteri ī Europa. nā duplex est Sarmatia. Luca.in.3.Et iuncto sarmata velox pannonio. & ibidē.Affinis sarmata moscho.De auro & arg.le. l.argumēt.Sūt inquit,nationes quędam quę pellibus vtuntur,veluti Sarmatarum.

Satius,pro elegibilius atq; melius,aduerbium est cōparandi ab eo quod est satis.Iuue.Hoc satius q̄ si dicas sub iudice vidi Quod non vidisti. Vlp.de fidei cōmiss.liber.l.si debitor.Satius est eū qui agnouit legatum onerari.

Satricū,vrbs fuit antiquissima Italiæ,de qua Liuius li.13.Satrici matris matutæ de cælo tactā ædem.Florus de bello latino.Satricum atq; Corniculum quis credat tunc prouinciæ fuerūt.Scæuola tit.de lega.3.l.patronus.Fundū inquit,Satricanū in regione Nisana.

Scæna,vt inquit Seruius,in illud Virg.1.æneī. Tū siluis scęua coruscis desup, potest inūbratio interpretari,apud antiquos enī theatralis scęna parietē nō habebat,sed de frōdib⁹ arborū vmbracu la

la quærebat, postea tabulata cœperūt cōponere ī modū parietis, Vlpi. de ijs qui notantur infamia. L. quod prætor. Qui in scænā inquit, prodierit, infamis est. Et subdit, Scæna autē est vt Labeo definit, quæ ludorū faciendorū causa quolibet loco vbi quis cōsistat moueatur, spectaculū sui præbitura, Inde ludi scænici dicti, qui in scæna represen tabātur. Sed definitio Labeonis de scæna versatili intelligenda est, de qua Virg. in 3. Georg. Vel scæna vt versis discedat frontibus. De scęna versatili Plinius & Vale. Inde dicti ludi scęnici, qui ī scæna repræsentabantur, quorū fit mentio a Iurisconsultis frequenter.

Scæua, dicitur qui manu sinistra plus ac dextra vtitur, nā scęuos gręce, sinister interpretatur. hinc Romanorū cognoīa, Hic Scæua miles ille cęsarianus, q bello ciuili fortiter dimicans, ꝓ munitione cæsus est. & Scęuolarū nobilissima familia. Vlpianus de ædilitio edicto. l. qui clauum. Scæuam, inquit non esse morbosum.

Scandularius, est faber lignarius q scādulas facit. Sūt autē Scādulę ex ligno assulatim desecto. Plinius libro. 16. Scandulę e robore aptissimę. Vitruuius libro. 2. Scandulis robustis aut stramētis, Vegetius li. 2. de re militari. Tēpore hyemis de tegulis vel scandulis porticus tegitur. Inde scandulare, quod scandulis constat. Apuleius tertio meta. Iam vecors animi tectū scandulare cōscendit. Scandulariorum meminit Iurisconsultus de iure

immuni

Immunitatis.l.quibusdam.

Scapha, nauigij genus est minusculum, veluti monoxylon, hoc est ex vno, solidoq; ligno excauatũ, ad quod allusit Virg. in pri. georg. cũ dixit Cauat arbore lintres. Et est fere quæ deputata est maioris nauis ministerio, & quę pro tẽpore nũc ex naui deducitur, nunc in nauẽ subducitur. Dicta est autẽ scapha a scapto, quod est cauo siue fodio. Labeo titulo de fundo instruct. l. si nauẽ. Scapha inquit, nauis, non est instrumentum nauis.

Scaphiũ, vas est in quod ventris sordes excipiuntur. Martial. Qui mentora frãgis in scaphium mœchę Sardanapale tuę. Iuue. Et ride scaphium positis cũ sumitur armis. Vlp. in ti. de auro & ar. leg. l. Quintus Mutius. Argẽto aũt legato non puto vẽtris causa habita scaphia contineri, quia argẽti numero nõ habentur. Accursius scaphiũ genus cinguli esse dicit, & ventris causa exponit, quia corrigia est pro ventre sustentãdo, quasi nõ ex auro etiam scaphia fieri consueuerint, dicente Martial. Ventris onus misero, nec te pudet excipis auro.

Scortũ, est meretrix a viris plurimũ attrectata, & cuius nimio coitu genitalia ad corij duriciẽ obcalluerũt induruerũtq;. Fest9 Põp. Scorta inquit, meretrices, quia vt pelliculę subigãtur, oĩa nãq; ex pellibus facta, scortea appellantur. Iulianus li. 41. ti. p emptore. l. si quis scorto inquit, daturo pecuniam seruos emerit.

Scru-

Scrupulus,siue scrupulū, lapillus est in forma diminutionis a scrupo,quod est lapis asper. Aliquādo tamen accipitur p.24.parte vnciæ.a græcis id pondus Grāma dicitur Priscia.de ponderi. Semioboli duplum est obulus,quem pondere duplo Gramma vocant. scrupulum nostri dixere priores. Iustinianus libro. 11.codicis titulo de metallarijs.Octonos inquit,scrupulos in baluca, hoc est tertiam vnciæ partem, quoniam vt diximus, vncia quatuor & viginti scrupulos continet.

Scrupulosus,a,um,accipitur pro scrupulis hoc est asperis lapillis plen⁹. Vnde res difficiles scrupulosæ dicūtur, & scrupulositas, illa difficultas, atq; examinis scrupulosa subtilitas.Vlp.li.28.ti. de iniusto testamēto.l.posthumus.Licet iuris scrupulositate nimiaq; subtilitate testamentum ruptum videatur.

Sebastani,siue sebastiani,populi sunt Sebastæ vrbis incolæ,quo nomine duas vrbes legimus, alterā Cappadociæ,& alterā Samariæ in Palestina Iudæa,quę in honorē Augusti cæsaris,q græce sebastos,sebasta est cognōiata. De vtra tamē illa rū in tit.de annuis legatis.l.liberto. Iuriscōsult⁹ intellexerit,nō liquet, neq; multū refert,cum dicit patriæ suæ ciuitati sebastianorum.

Secundū præpositio,multas habet significationes,inter quas & illam, quod aliquādo accipitur pro eo qđ est pro.Gell. Sin vero secūdū te iudicatū erit.i. pro te.i. vt vulgo loquūtur in fauorem

tuum. Idem li.13. Illi vnde petitur crederet, & secundū eū iudicaretur. Aliquādo ponitur pro iuxta. Luca. in 8. Secundū ꝑmathiā lis tanta datur. & Virg. 3. Geor. Et plena secundū flumina. Vlp. ti. de præscriptis verbis. l. duo. Duo inquit, secundū Tiberim cū ambularent. Papinianus li. 43. ti. de via publica l. ædiles. Eas, inquit, quæ secundū ciuitatem sunt vias.

Sedularium pro lectica siue sella, videtur accipere Iurisconsultus in titulo de supellectili legata. l. instrumenti, cū dicit Rhedæ & sedularia. nam sellam a sede dici d mutata in l, omnes grāmatici testantur, sellam autem accipi manifestū est. lege vtroq;.

Selinis, nomē est duarū ciuitatū, altera nāq; est Ciliciæ, de qua Lucan. li. 8. Quo portu mittitq; rates recepitq; Selinis. Altera Siciliæ de qua Vir. 3. geor. Palmosa selinis. de hac iuriscō. in ti. de cē sib. In Sicilia inquit, selinis & Traianopolis.

Sella pro lectica siue ꝓ parte lecticæ in qua sedet qui lectica vehitur, nā Iuuena. de eadē re sellā & lecticā dixit. Centū inquit, quadrātes lectica petit, & paulo post. Ostendens vacuā, & nudā pro cōiuge sellā. Paulus de seruitutibus rusticorū prædi. l. q sella. vtrūq; coniunxit. Qui sella inquit, aut lectica vehitur, ire, nō agere dicitur, qđ ꝙ inepte ab Accursio exponat in verbo lectica diximꝰ.

Semis semissis, ꝓ solidi, hoc est assis dimidio. vt si quis ex semisse relictus sit hæres, intelligēdū est

est dimidiũ hęreditatis illi debere cedere. Labeo ti. de vulgari substitutione. l. si pater. Vt vnus i/quit semis apud te maneat. & ibidẽ. l. & si. Per bonorũ possessionẽ semis ei sit ablatus.

Semisses vsuræ, quę dicantur, & quę trientarię, primus oĩm ostẽdit Hermolaus Barbarus, vir oĩm meo iudicio nostri sæculi eruditissimus, is enim ĩ secunda editione castigationũ Plinianarũ li. 14. ĩ illud vsura multiplicata semissibus ex autorita te Columellę, atq; ipsa ratione & æquitate quæ omni autoritate præstantior est, manifeste demõ strat, vsuras semisses eas esse, quæ ex centenis nũ mis reddũtur quotannis, habita ratiõe non ad cẽ tum, sed ad duodecim vncias, quæ assem consti/tuunt. Trientarias vero vsuras quæ ex centenis reddunt quaternos nummos. Quadrantarias quę ternos. De semissibus vsuris dixit Plinius. Vsura multiplicata semissibus, quę ciuilis ac modica est. Quod si ex tantum quotãnis quinquaginta red/derentur, esset profecto inciuilis & iniqua, tãto mi tiores quæ trientes & quadrantes appellantur. De trientaria vsura Capitolinus in Alexandro scripsit, exercuisse illum trientariũ fœnus vt ęquis simũ & leuissimũ ad vsum reipulicæ, de hac quoq; scribit Paulus in titu. ad legem falsidiam. l. si hæ res. Si reipublicæ, inquit, in annos singulos lega tũ sit, cum de lege falcidia quæratur, Marcellus putat tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius summæ quæ legata

 est colli/

eſt colligēdas. Eſt ſenſus legis. ſi rei pu. legati eſſent in annos ſingulos quater mille nūmi ex centū millibus nūmorum, quibus æſtimatur hæreditas, quaterni milleni colligerentur quotannis vſuræ trientis nomine. Quod ſi vt iſti legū interpretes putant, vſura triens eſſet non quatuor de centum, ſed triginta tria, ſequeretur hoc incōmodū, qđ ſi hæreditas centū milliū nummorū foret, & ex ea in annos ſingulos viginti quinq; legarentur, quis tam ſtupidus, tāq; nullo ſenſu talē hæreditatē adire vellet, quę quarto demū anno ſit abſumēda, & obligatio nihilominus legati tota maneat? Hoc legū interpretes nō conſiderātes omnia miſcēt atq; perturbāt, neq; tamen enatant, aut aliqd certi enunciant. Accurſius in primis, q exemplo qđ ponit exponendo legē, omnino fatetur ſe ignorare quid ſit vſura triēs. Sic etiā intelligendū eſt, quod Scæuola lib. 11. ti. de vſuris. l. qui ſemiſſes, ſcribit. Qui ſemiſſes, inquit, vſuras promiſit per annos ſingulos & minores pręſtitit, hęres creditoris ſemiſſes petit &c. Sed vt liquido ante oculos ponamus, quid per vſuras ſemiſſes intelligēdum ſit, libuit ad verbū transferre qđ ſcribit Columel. li. 4. de re ruſtica. Vinitor, inquit, licet ſit emptus ſex vel potius octo millibus ſeſtertijs, tū ipſum ſolū octo iugerū totidem millibus nummorū partū, vineaſq; cū ſua dote, id eſt, cū pedamentis & viminibus binis millibus in ſingula iugera poſitas duco, Fit tū in aſſem conſummatū pręciū ſeſtertio

ſtertiorum.29.milliū.Huc accedūt ſemiſſes vſurarū ſeſtertia tria millia & quadringenti octoginta nummi biennij tēporis,quo velut infantia vinearum ceſſat a fructu. fit in aſſem ſumma ſortis & vſurarū triginta duorum millium quadragintorū octoginta nummum. Quod quaſi nomen ſi vt fœnerator cū debitore,ita ruſticus cū vineis fecerit,eius ſummę vt in perpetuum prædictam vſuram ſemiſſium dominus conſtituat, percipere debet in annos ſingulos mille nongentos quinquaginta ſeſtertios nummos. Ex his Columellæ verbis euidentiſſime colligitur ex vſuris ſemiſſibus non quinquagenos de centenis,ſed ſenos dumtaxat in annum redire creditorib9,ſicuti quaternos ex trientibus & ternos ex quadrantibus.

Septa,oppidum eſt Aphricæ Mauritaneæ, ex aduerſo Mellariæ poſitum, quæ nunc Tarifa, illud Cepta vulgo dicitur. In codice ti.de officio prætoris Aphricæ,l.in nomine domini. Iubem9 inquit, in traiectu qui eſt circa Hiſpaniam qui Septa dicitur.

Septū,quod eſt a ſepiendo dictū,cōplura ſignificat,nā ſepta dicūtur quæ ſunt munita ſiue lapidibus ſiue formaceis parietibus,hoc eſt terra pauita, ſiue ex lignis, ſiue etiā ex vepribus & ſpinis. Hic dicta Romæ ſepta in campo martio. Hinc ſepta a iuriſconſulto appellātur quę ſunt oppoſita ad foſſas inciles,ne aqua fluminis euagetur. Vlp. li. 40.ti.de riuis.l.pri.Septa ſunt iquit, quę ad incile

opponitur aquę deriuandæ compellendęue ex flumine causa, siue lignea siue lapidea sint.

Seria, vas est fictile vino aliisue rebus adseruandis aptum. Per. O si sub rastris crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Inde p diminutionē idē autor deduxit seriolā. Vlp. in ti. de verb. sig. l. Vinaria dolia, inquit, & serias tam diu in ea causa esse, quamdiu vinum continerent.

Sericum, quēadmodum diximus in verbo bombycinus, lanę genus est, quod apud Seras Indos ex arboribus depectitur, non illud qđ vulgo creditur. Hora, in epodo. Inter sericos iacere puluillos amant. Vlp. ti. de auro & argēto leg. l. vestis. Vestimētorum, inquit, sunt omnia lanea, lignea, vel serica, vel bombycina.

Sescuncia, est vncia cū dimidia. Plin. in calce libro. 36. Fastigiū, inquit, seruari in pedes denos sescunciāq;. Inde sescunciale qđ sescunciā cōtinet. Plini. li. 13. Crassitudine inquit, sescunciali, Vlp. in ti. de legatis præstandis. l. filium. Vt partis inquit, dimidiæ quartā. i. dimidiū totius assis sescunciam retineat. quarta nāq; pars tres vncias cōtinet, igiť dimidium quartæ sescūcia est. i. vncia & semis.

Sestertius nūmus, duos asses cū semisse valebat vnde dictus sestertius quasi semisse dēpto de tribus. Assis autē nō semper in eodē valore perstitit, nam as Seruio tulio rege Romanorum pondere duodecim vnciarum percussus est, primū sub nota pecudis, qđ vnus as pecude permutabatur,

vnde & pecunia dicta. Postea vero primo bello punico sextantario pondere percussus est as, deinde secũdo bello punico vnciales asses facti, atq; deinceps paulatim Principes Imperatoresq; assiũ pondus valorẽq; imminuere, in tatũ vt saluatoris nostri ætate asses vix semũciales essent. Vnde Matthęi cap. 10. Nonne inquit, duo passeres assẽ veneũt, qđ & Marcus alijs verbis idẽ significantibus dicit. Nonne quinq; passeres veneũt dipondio? quod videlicet dipõdius duos valebat asses. Si igitur de sestertij valore quispiã quęreret, non possemus simpliciter respondere, cũ assis valor varijs tẽporibus sit variatus, semper tamẽ valuit duos asses cũ semisse. Accurs. in codice Iustiniano ti. de donarionibus. l. verba superflua, ingenue fatetur se nescire quid sit sestertium.

Sycomorus, ficus est Aegypti peculiaris. latine interpretatur ficus fatua. habet enim ficos nostris non absimiles, insulsas tamẽ. Ei⁹ arboris meminit Iurisconsultus ti. de extra ordinarijs cri. l. e. sacculatij. Si quis inquit, arborẽ sycomorum exciderit, nam & hæc res vindicatur extra ordinẽ nõ leui pœna, idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos.

Sigillũ, est parua statua, quoniã signũ pro statua plęrũq; accipitur. Ouid. in. 1. de arte. Siue erit ornatus nõ vt fuit ante sigillis. Aphrica. de lega. 1. l. cętera. Vel singula sigilla adęquata legari posse, Itẽ Vlpia. ti. de fun. instru. l. quæsitũ. Sigilla in-

quit,& statuæ affixæ non continentur. Accursius annulos nescio quos ferreos interpretatur.

Signator, vt autor est Pedianus, erat qui testamento aut alijs instrumentis & cōtractibus nomē suum subscribebat. Salustius in Catilina. Ex illis testes signatoresq; falsos cōmodare. Iuuena. Signator falso qui se lautū atq; beatū. Vlpia. titu. quemadmodum testamenta aperiantur. l. cū ab initio Cogat, inquit, signatores cōuenire, & signa sua recognoscere.

Signinus. a. um, a Signia vrbe Campaniæ. Vnde pira signina iuuenali, & vina signina Martiali, & structura siue opus signinū, quod vt scribit Plinius li. 35. conficitur fractis testis contusis calce addita. Columel. li. 1. velut signinū op⁹ pilis cōdēsatur. operis quoq; signini intrita quomodo fiat, Vitruuius li. 8. exponit. Vlp. in ti. de riuis. l. pri. Si quis, inquit, terrenum riuum signinum facere velit, vbi pro signino signatū mendose legitur in codicibus antiquioribus, Qui vero non intelligebant quid signinum aut signatum esset in siliceū commutarunt, in archetypis tamē pādectis Florētinorum signinum habetur.

Siliginarius, est custos siliginis, i. horrei in quo siligo adseruatur. Est autē Siligo frumenti quoddā genus cādidissimi, aliquādo siligo pro farina purgatissima atq; ipsis tritici delicijs accipit. Pli. li. 18. Siliginē dixerim proprie tritici delicias. Celsus libro secundo. Ex tritico, inquit, firmissima si

li-

ligo. Vlpia. in ti. de furtis. l. Si quis vxori. Si silliginario, inquit, quis dixerit, vt qui noie eius siliginem petisset. Item. Iulian9 ti. de negotijs gestis. l. ex facto.

Synthesis, inter alias significationes designat etiã genus quoddã vestis duplicis, quę sit alio nomine Abolla. Marti. Synthesib9 dũ gaudet eques dominusqꝫ senatus. Idẽ alibi. Sic micat innumeris arcula synthesibus. Scæuola titu. de auro & argento lega. l. titio, Ex synthesi, inquit, tunicas duas & palliola.

Si quis generis tantũ est masculini, quia fœminĩnũ propriã habet terminationem, ea est Si quæ. Iurisconsultus tamen de verborum signi. l. verbum si quis. Si quis, inquit, tam masculos q̃ fœminas complectitur.

Sisto, is. verbũ est aliquãdo absolutũ, ꝓ eo qđ est sto stas, vt apud Vir. pri. geor. Sistunt amnes, terręqꝫ dehiscunt, aliquãdo actiuũ, significatqꝫ statuo is. Idẽ. 4. Aene. Et sistere flumina vidi, & illud ex Euangelio. Vt sisterẽt eũ domino. in hac significatione accipitur apud Iurisconsultos iudicio sisti, & iudicatum solui. sisti pro statui & repręsentari ponitur.

Situla, vrna est aquæ ex puteo hauriẽdæ accõmodata. Plautus in amphytrione. Si situlã iam cepero, illi puteo animã omnẽ traxero. Hiero. quoqꝫ Esaiæ. 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ reputatæ sunt, in titulo locati, in lege qui fundum. Rota

 quoqꝫ

quoq; per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificij est q̃ situla.

Situs,us; pro squallore siue incultura cuiusq; rei,dictus à desinẽdo, q̃a eą quæ deserũtur ex negligentia reddũtur inculta. Vir.1. geor. Et segnẽ patiere situ durescere cãpũ. Idẽ in.6. Aene. Per loca senta situ,qđ Seruius pro lanugine & squallore exponit,quæ fit in locis sole carẽtibus. Vlp. li.37.de bonorum possessi.se.ta.l.pri. Vetustate, inquit,vel situ putrefactum.

Smyrna a græcis appellatur, quã nos myrrhã odoratã dicimus. Lucretius li.2. Contẽptus odor smyrnæ mellisq; sapores. apud Galenũ quoq; interpres semp smyrnã verbũ gręcũ pro myrrha reliquit. Apud Martianum ti.de publican.l.interdum.sinura pro smyrna mendose legitur.

Sodales,dicuntur qui sunt conuiuiorũ participes;fuit & Romæ collegiũ sodaliũ,de quo Cicero in catone maiore. Primũ inquit,semper habui sodales,sodalitates autem me Quęstore constitutę sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis, epulabar igitur cũ sodalibus oĩno modice. huiusmodi autẽ sodalitates a Gręcis phrãtria dicũtur,dẽ qb⁹ Aristoteles in politicis. Erantq; plerũq; inhonestę. Gel.lib.19. Adolescentẽ,inquit, Taurus a sodalibus conuictuq; hominũ scænicorũ abducere volens. Caius li.48.de collegijs illicitis. Sodales inquit, sunt, qui eiusdem collegij sunt,quã & græci phrãtriam vocant, & hæc videtur ex Solomo

esse

nis lege trãslata esse. nam illicita est eadem.

Solidus, a, um, dicitur quod integrum est, necq; habet inane quicq̃, aut parte aliqua fraudatũ nõ est. Hora. pri. car. Aut partẽ solido demere de die. Vlpia. de fidei commiss. liber. l. ergo. De solido inquit, sic accipere debemus de sorte & de vsuris.

Sphæristeriũ, locus est vbi pila luditur, nã sphęra pila interpretatur, & sphæristes qui pila ludit. Sueto. in Vespasiano. Fauces, inquit, cęteracq; mẽbra sibimet ad numerũ in sphęristerio defricaret. Plin. in epist. Apodyterio superpositũ est sphęristeriũ. Lampridius in Seuero scribit eũ dedisse operã sphæristerio. Vlp. lib. 17. in ti. mandati. l. si qs mihi. hypocausta, sphæristerion, & quædã ipsi9 valetudini apta sua impensa faceret. Accursius velut œstro quodã percussus diuinat sphæristerion esse locum amœnum herbis.

Spica nardi, quæ spica quocq; cilissa vocatur, gręce dicitur Stachys nardi, de qua inter cætera Iurisconsultus meminit in ti. de publicanis. l. interdum. Nardi stachys, inquit, i. spica nardi.

Spurco, as. pręter eã significationẽ quã habet in promptu, significat etiam vinũ aqua diluere, quoniam vt ait Festus Pompeius, spurcũ vnũ dicebatur, quod erat aqua mixtũ. Vlpianus ad legem aquiliã. l. si seru9. Qui vinũ, inquit, spurcauit vel acetum fecit. Sed & aquæ dicuntur spurcari, cũ corrumpuntur aliqua re quæ illas vitiet iniecta. Paulus de extra ordinarijs criminibus, lege pri.

 Si

Si aquās,inquit,ſpurcauerit.

Spurius dictus eſt,qui græce dicitur nothus.ſic appellatus,vel quaſi ſine patre,vel ab eo quod eſt græce ſporon, qđ ſignificat pudenda. Nā ſporos eſt ſemen. In pri.inſtitutionū li.in ti.de nuptijs mē dū eſt manifeſtū ſpado pro eo qđ eſſe debuit ſporon.ſolent inquit,filij ſpurij appellari a græca voce ſpadon.tu lege ſporon.

Stabularius,is dicitur qui mercede in tabernā meritoriā viatores excipit, qui Caupones quoq; dicūtur. Apul.i.1. de aſino. Precio māſionis ſtabulario perſoluto viam capeſſimus. Idē in eodē,ſtabulū pro ipſo loco diuerſorij. Ianitor,inquit,pone ſtabuli oſtiū humi cubitans. Vlpia. tit.de iniurijs Ad meritoria iquit,vel ſtabula nō ptinebit. Vlp. li.3.titu.de ijs qui notantur infamia.l. Athletas,puta inquit, ſi caupo fuit vel ſtabularius.

Statio,onis,aliqñ accipitur ꝑ vigilia,vt apud Oui.pri.meta. Atq; oēs in ſtatione manebāt. Modeſtinus tit.de re militari.l.deſertorē. Qui ſtationis,inquit,munus reliquit,Hinc milites ſtationarij dicti qui ſunt vigilijs deputati. Vlpianus tit.de officio præfecti vrbis.l.oīa omnino. Milites inqt, ſtationarios habere ad tuendā populariū quietem. Aliquādo ſtatio accipitur pro portu in quē ſe recipiūt naues,aut ex tēpeſtate,aut negociādi gratia. Virg.2. Aeneid. Nūc tantū ſinus & ſtatio male fida carinis. Idē in.4.geor. Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Vlp, tit, de fluminibus.l.ait

præ

prętor. Stationē inquit, dicimus a stādo, is igitur locus demōstratur vbi naues stare possunt.

Stellionatus crimen, latissime patet, de quo apud Iuriscōsultos titulus est, atq; vt semel dicam circa quod genus criminis lex stellionatus versetur. Vlpianus breui ostēdit, dicēs qđ vbicūq; crimē nomine caret, illic stellionatū obiicimus, dictus est stellionatus a stellione animali venefico, atq; hominū generi inuidente, quippe qui cum intelligat exuuias multis morbis esse remedio, cū primum illas deponit, illico deuorat. Plin. lib. 30. de stellione. Nullū inquit, animal fraudulentius inuidere homini tradunt, inde stellionū nomen in maledictū translatum, a Græcis dicitur Ascalabotes Aristoteli Colotes, vulgo persuasum est esse Tarantulam bestiolam in Apulia notam.

Stypteria græce, latine interpretatur alumen quo verbo vtitur sæpe Galenus, vel potius Galeni interpres, dictaq; est stypteria a stypto, qđ est astringo, quoniam alumen, vim habet astringendi. Vlp. ti. de rebus eorū qui sub tutela, l. sed si. Si lapidicinas inquit, vel q̄ alia metalla pupillus habuerit stypterię vel cuiuslibet alterius materiæ.

Stipulor, aris, verbū frequēs est apud Iurisperitos, significatq; promittenti assentire, & fere adaliquid sunt ꝓmitto & spondeo, et quod est stipulor, vt si dixero ꝓmitto tibi centū aureos, tu respondebis stipulor a te centū aureos. Hinc nasciī contractus stipulationum sponsionumq;. Seruius Sulpi-

Sulpitius in libro quē scripsit de dotibus, citatur que a Gellio li. 4. noctiū atticarū. Qui vxorē in/quit, ducturus erat, ab eo vnde ducēda erat, stipulabatur eam in matrimoniū ductū ire, qui daturus erat, itē spondebat ducturū, tū quæ promissa erat sponsa appellabatur, qui spopōderat ducturū, sponsus. Columel. li. 11. Fœnoris, inquit, tui Silvine qđ stipulanti spoponderā tibi. Dictūq; est stipulari, vt ait Varro de lingua latina, a stipe, hoc est pecunia, quoniā q pecuniā obligat stipulari dicitur, hinc stipulatus, us. Papinius in titulo soluto ma. l. post dotem. Non erit impediendus pater, q̄ minus ex stipulatu agat.

Stola, vestis erat ad talos demissa, matronarū insigne. Ouid. 2. de tristibus, quas stola cōtingit, & stola sumpta decet. Vlp. de auro & arg. leg. l. vestis. Muliebria, iqt, sunt, veluti stolæ, pallia, tuni

Stragulus, a, um. est qđ sterni solet aut le (cto, aut strato, aut equo, aut iumēto, vt melius iaceas siue sedeas. Hinc vestis stragula, ephippium stragulū & stragulū substātiue. Varro de lingua latina. Quicquid lecto sternebāt, a sternēdo stragulū, appellabāt. Apule. li. 4. de asino. Vestē stragulā subiectā iactare consuerat. Plin. li. 7. Frenos & stragula equorū Peletroniū inuenisse ferūt. Vlpi. de verborū signi. l. instratū. Instratū inquit, oē vestimentum contineri quod initiatur. Labeo ait neq; enim dubiū est, quin stragula vestis sit omne palliū, In victu ergo vestem accipiemus nō stragulā

gulam,instratum omnem stragulam vestem.

Stramenta,dicũtur calami frumentacei spicis demessis,dicta a stãdo siue a sternẽdo. Varro pri. de re rust.Cũ cõprehẽdit,inquit,fascẽ spicarũ desecat,& stramẽta stãtia in segete relinquit.& paulo post,Alij stramentũ a stando dictũ putãt,quasi stamen,alij a stratu, qđ substernatur pecori.Calami igitur qui lecto insternuntur stramẽta appellantur. Vlp.li.19.titulo de actionibus empti.l. fũdi.Fundo inquit vendito vel legato sterquiliniũ & stramenta emptoris & legatarij sunt.

Strobylus,dicitur tũ arbor ferẽs nuces pineas, tũ ipsę nuces pinee.Plin.lib.16.de pini generibus. Easdẽ,inquit,arbores esse per orã Italiæ,quas strobylos vocant. Galen.lib.2.alimentorũ.cap. de pineis nucleis.Vocant,inquit,ipsos qui nũc gręci nõ conoa sed strobylos.Idẽ in.7.decameridõ,Quos omnes,inquit,græci nominant strobylos,antiquitus ab Atticis dicebantur coni.Vlp.ti. de legat. tertio.l.ligni appellatione.De pinu,inquit, integri strobyli.Idem titulo de verborũ signific.l.carbonum superiora verba repetit.

Subdisiunctiua cõiunctio a grãmaticis sic definitur,quę voce disiũctiua vtrũq; adesse significat vel simul,vel discrete.vt Alexander siue Paris, nã qui prius vocabatur Alexander Priami filius, postea cognominatus est Paris,dormit vel disputat,nam potest neutrum facere. Sed de particula subdisiunctiua, quanq̃ ad grammaticũ pertineat

disse

differere, copiosissime disputauit Proculus Iurisconsultus in titu. de verborum signi. l. hæc verba &c.

Subgrundæ, sunt tegulæ propendentes extra tectũ domus ad parietũ defensionẽ, ne imbribus corrũpantur. Varro li. 3. de re rustica. Aues subter subgrũdas, inquit, ab initio villatico vsas tecto. Vitruui. li. 10. Pinnas inquit, ex tabulis & superne subgrũdas proclinatas. Iabolenus de verb. sign. l. malũ nauis. Inter proiectũ inquit, & immissum hoc interesse Labeo ait, qđ proiectũ esset id quod ita proueheretur, vt nusq̃ requiesceret, qualia meniana & subgrũdaria essent. i. tecti partes ĩpẽdentes ad parietũ munitionẽ. Pli. tñ subgrũdas accipit ꝓ tegulis inferioribus, nã in tectorũ structura duo sunt ordines tegularũ, alter supernarũ, alter infernarũ. Scribẽs namq; li. 25. de duobus Sedi generibus, hoc est, maiori & minori, dicit minorem appellari hypostegõ, & subdit causam cur sic appelletur, quoniã in subgrũdis fere nascitur, hoc est in tegulis inferioribus, id quod vulgo videmus in tectis nasci.

Subselliũ, est sella inferior, Varro de lingua latina. A sedendo inquit, sella & selliquastrũ, deinde ab his subselliũ vt suscipere quod non plane sapit, sic subselliũ dictũ quod nõ plane erat sella. Iuuenalis. Sed cum fregit subsellia versu. Florẽtinus de supellectili legat. l. supellectili. trapezophora, delphica, subsellia, Item de acquirendo rerum do

miniq

nio lege.ideo.

Subsisto,pro eo quod est hæreo siue dubito,nã
qui incedēs subsistit,videtur de aliqua re delibe-
rare qd agat,vt de Aenea Virg.1.Aeneid.dixit.
Substitit hic,arcũq; manu celeresq; sagittas Cor-
ripuit.Callistratus lib.50.ti.de iure immunitatis.
l.semp.Subsisti inquit, potest an prohibēdi sint a
præside.Itē Vlpia.li.3.ti.de procuratoribus.l.ser
uũ.Quantũ inquit,ad filiũ familias verum est,in
seruo vero subsistimus. Hic serie verborum coa
ctus Accursius,non potuit nisi vere interpretari,
exponens pro eo quod est dubito.

Substruere,est ædificiũ a fundamentis deficiēs
fulcire.Hinc substructio dicta parietis fultura.Vi
truuius libro pri.Non solũ in muro,sed etiã in sub
structionib9.Columella li.pri.Pro fultura inquit,
& substructione fungetur.Vlpia.li.43. titulo de
riuis.l.pri.Verbo inquit,reficiēdi,tegere,substru
ere,sarcire continentur.

Succinũ,gēma est ex gũmi arboris glessarie cõ
gelata,quã diximus a græcis appellari Electrum.
Iuue.In cuius manib9 ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas.Mart.Inclusit tenuem succi
na gemma feram.Plinius.de succino deq; medica
mentis ex eo multa lib.37.

Suggillo,as.pro eo quod est contũdo.is.Vnde
suggillata dicũtur mēbra quæ sunt contusa, vn-
de liuores suboriuntur.Plin.li.30.Liuētia, inquit,
& suggillata pulmones arietũ sanãt,Idē libro.20.

Sug-

Sugillata & alios liuores legat, Sugillatũ vt inquit Festus, dicitur ex græco, quod ea pars quæ sub oculis est, ab eis dicitur hipopion. Sed aliquã do reperitur suggillo pro eo quod est derideo, ppterea quod qui ex cõtusione liuores cõtraxerũt, derideri solent. Vlpianus lib. 47. titul. de iniurijs. l. Item apud Labeonem. Si quis inquit, nõ ad sugillationem domini iniuriam seruo fecit.

Suppellectilis appellatione, quę res cõtineat, ex titulo qui est libro. 32. digest. de supellectili legata facile possumus intelligere. Quanq̃ enim supellex videatur dici de stragulo tantum, siue lodice, ab eo qđ super lectũ imponatur, etiã ad alia domus vtensilia eius significatio se extendit, imò & ad alias res quę sunt aut possunt alicui ornamẽto esse. Persius. Tecum habita, & noris quam sit tibi curta supellex.

Superficies, in ædificijs dicitur domus quæ in alieno solo siue area ædificata est. Itaq; fieri potest, vt eiusdẽ domus duo sint domini. Alter domus superficiariæ. Alter soli. Vnde pulchre Seneca lib. tridecimo epistolarũ translatiõe sumpta ex modo loquẽdi Iurisconsultorum, Philosophia, inquit, nihil aliunde petit, totũ opus a solo excitat. Mathematica, vt ita dicã, superficiaria est in alieno ædificat, accipit prima quorũ beneficio ad vlteriora peruenit. Paul⁹ titulo de damno infecto. l. e. damni. Et qui in conducto solo inquit, superficiem posuit. Item Iabolenus titulo de vsucapionibus

bus. le. eum qui. Cũ ędes, inquit, duabus rebus cõsistent, solo & superficie. Iulianus quoq; de legatis. 1. l. si fundũ. Appellatione, inquit, ędificij, aut superficię significat, aut solũ. Caius itẽ titulo de superficiebus. Superficiarias, ĩquit, ędes appellamus, quę in cõducto solo constitutæ sunt. Dominus vero domus, superficiarius dicitur, vt in tit. de dãno infecto. & sæpe alias.

T.

Tantisper q̃d significat per tantum spacium, siue per tãtum tempus, vt inquit Valla, semper fere desiderat iungi huic particulæ dum, pro donec. Teren. in Heautontu. Ego te meũ esse dici tantisper volo, dũ quod te dignũ est facias, & paulo post. Decreui tantisper me minus iniuriæ meo gnato facere, dũ fiã miser. Liuius li pri. Tantisper dũ prisca illa tota mente repeto. Gellius li. 6. loco dũ ęquiualẽs posuit quoad. Tantisper inquit, quoad fieret permutatio. Vlpianus titulo de tutelis. l. qui tutorẽ. Dũ magis ętati quã demẽti tãtisp sit consulendũ.

Tectorium, opus est quod calce aut gypso incrustatum est, & tectoriũ substantiue ꝑ ipsã calce siue gypso quod superinducitur. Varro lib. 3. de re rustica. Cũ villam, inquit, haberes opere tectorio spectandam. Gellius lib. 12. Villas inexcultas & rudens nec tectorio quidẽ prælitas esse dicit. Per translationem quoq; de fœmina cerusata dixit

Iuuenalis. Tandē aperit vultū & tectoria prima reponit. Vlpia.ti.de damno infecto.l.ex damni. Obtrectoria, inquit, & picturas. Itē Proculus tit. de seruitutibus prædiorū vrbanorū. l, quidā, Si pariete demolitus sit vicinus, nō pluris q̄ vulgaria tectoria æstimari debēt. In alia tamē significatione videtur accipere Paul, ī ti, vti possidetis.l. Si duo. Si vicinus, iquit, meus in pariete meo tectoria habeat & in pariete suo.

Telum, largo quodam modo quicquid nocere potest appellatur. Nā & apud Virg. atq; alios autores, aliquando ꝑ ense etiā accipitur. Iustinia. tamen li.4.institu.ti.de publicis iudicijs, Telū, inqt, vt Caius noster ex interpretatione legū duodecim tabularū scriptum reliquit, vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. sed & omne significat quod manu cuiusq; iacitur, dictum ab eo qđ in longū mittitur, a græca voce figuratum, teloten enī a longe significat. quæ verba Caij iterū ponūtur in titulo de verborū significatione lege si calumnietur.

Tēporaria res, dicitur quæ ita extruitur vt ad certū quoddam tempus duret, & non in perpetuū Plin. lib, 9. Tēporario, inquit, euripo ostēdit. Idem lib. 36. Theatri, inquit, tēporarij, & vix vno mense futuri. Seneca li. 9. epist. Hę sūt, inquit, amicitię q̄s tēporarias populus appellat. Paul. tit. quibus ex causis. l. ad cognitionem. Exilio īquit temporario. Papinianus tit. de pœnis. l. seruus, Cum seruus ꝑ errorem in opus tēporarium fuisset datus, expleto tempore

tempore domino seruum esse reddendū respōdi.

Tepidarium, locus erat in balneo tepidior, quē admodū Calidarium, calidior. Celsus lib. 1. Tunc inquit, in calidariū transire, vbi tepidiario paululū insudauit. Idem in eodē. Si est balneū ante omnia in tepidario residere. Vitru. li. 5. Sudationes, inquit, quæ sunt coniungendæ tepidario Paul. in ti. de seruitutib. prædiorū vrb. l. fistulā. Si talis inquit, sit vsus tepidarij, vt assiduum humorem habeat, & id noceat vicino.

Tessera tū ꝑ symbolo, hoc est belli signo accipitur. Vir. 7. Aenei. It bello tessera signum. tū ꝑ talis, vt vulgo accipiuntur, nā talus aliud est. Martial. Hęc mihi bisseno numeratur tessera pūcto. tū ꝑ frumenti quadā mensura, de qua Seruius in illud Vir. 1. geor. numeros impressit aceruis. tesseras interpretatur, qbus frumento numerus designatur. Iuuena. Sūmula ne pereat, qua vilis tessera venit Frumēti. Sueto. in August. Ne plebs frumētationū causa frequentius a negotijs auocaret, ter in annū quaternorū mensiū tesseras dare destinauit. Hinc Persius ꝑ diminutionē fecit tesserula. Scabiosum, inqt tesserula far possidet. Iusti. li. 11. codicis, tit. de frumēto alexādrino. l. diurnos, Tesseræ inqt, designētur. Paul. de legatis 2. l. mortuo. Si Titio tessera frumentaria legata sit. Vlpia. lib. 5. de iudicijs. l. sed & si. Si libertis, inquit, suis tesseras frumentarias emi voluerit.

Theriaca, non tyriaca, vt libri medicorum corrupte habent, antidotum est notissimum contra

venena, de cuius compositione duo extãt Galeni opera, alterũ ad Cæsarem, alterum ad Pamphili ụm. dicta theriaca, a ther, quod est fera hoc est vipera. Plinius li. 29. Fiunt, inquit, ex vipera pastilli qui theriaci vocantur a græcis. Hieronymus in Iouinianũ, li. 2. Viperę, inquit, carnes vnde theriaca conficitur, quantis rebus aptæ sunt, norũt medici. De fundo instructo. l. quęsitum. Theriacam, iquit, & cetera medicamenta. non tyriacam.

Thymelicus, interpretatur histrio. quoniã thymele, es. est pulpitũ siue scæna. Apuleius pro magia, Si choragiũ, inquit, thymelicum, num argumẽtarere vti etiam me Gragidij syrmate histrionis? Augustinus, li. 6. de ciuitate dei. Quæ sunt, iquit, illa sacra, quibus agẽdis tales elegit sanctitas, quales nec thymelica in se admittit obscœnitas. Vitruuius. li. quinto. Ex eo inquit scœnici & thymelici separatim nominãtur. Vlpianus libro tertio, ti. de ijs qui notãtur infamia. l. athletas. Neq; thymelici, inquit, qui certaminibus sacris deseruiũt, ignominiosi habeãtur. Itẽ de cõsecra. dist. 5. ca. nõ oportet. Sed vtrobiq; themelici corrupte legitur.

Thlasiæ, siue thlibiæ, qđ idẽ est, latine dicti q habẽt testiculos attritos, appellati sic a thlao, qđ est frango, siue thlibo quod idem significat. Vlpi. tit. de verborum significatione. l. spadonum. Thlibię inquit, & thlasiæ, sed & si qđ & aliud genus spadonũ ẽ. Itẽ Pau. ad legẽ Corneliã de sicarijs. l. si quoq;. li, inquit, qui thlibias faciunt, ex constitutione diui Hadriani in ea sunt causa, qua ij qui castrant.

Vtrobiq;

Vtrobiq; mendosi sunt codices recentiores. Accursius tota errat via; nūc dicēs esse ferramētum castratoriū, nunc venas quæ inciduntur, nūc id quod verissimū est, nescire se, q̄d thlasia aut thlibia sit, cū sit non castratus siue exect⁹, sed qui vt diximus, attritos habet testiculos, de quo domin⁹ per Mosen scribit in Deuteronomio, capi. vigesimo tertio. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro ecclesiam domini.

Tyberius cęsar, Liuij Drusi ex Liuia Drusilla filius, Augusti deinde priuign⁹, ab illo ea lege est adoptatus, vt ipse Germanicū Drusi Neronis fratris sui filiū adoptaret. Ex Suetonio in vita Augusti, Tyberij, & Caij cæsarū. Iustin. li. i. ti. de adoptionibus. Augustus, inquit, nō ante Tyberiū adoptauit, q̄ is Germanicū adoptauerit, vt p̄tin⁹ adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos esse. Accurs. Imperator inquit, volebat adoptare quendā noīe Germanicū, & Germanicus nolebat cōsentire. Vnde Augustus callide suasit cuidā nomine Tyberio, vt illū Germanicū adoptaret, qđ fecit. Quis talia historiarū portēta figeret, nisi Accursius, aut Accursij admiratores? De Tyberio vero tanq; de p̄sona ignota & obscura dixit cuidā Tyberio cū successerit Augusto ī imperio. Q đ si historias seculares nūq̄ legit, nūq̄ ne audiuit illud ex Euang. Lucæ. 3. Anno. 15. Tyberij cæsaris &c.

Tympaniū, margaritarum genus est ex altera parte sphæricū, atq; ex altera planū, quasi i tympa

ni effigiē formatū. Plin.lib.9.vbi de margaritis & vnionibus. Quibus,inqt,vna tātū facies est & ab ea rotūditas,auersis planicies,tympania nominā/tur. De auro & argē.leg.l.pediculis. Cum quædā, inquit,ornamenta mamillarum ex cylindris trigīta quatuor & tympanijs & margaritis detraxisset.

Tyrus,colonia Syriæ Phœnices, insula quōdā, sed ab Alexandro in cōtinentē trāslata,vnde Luca.in 3.Et Tyros instabilis, preciosaq; murice Sidon. Tyriorū colonię meminit iuriscōs.l ti.de cēsib.

Toga prætexta, dicebatur apud Romanos.q̄ vtebāt pueri vsq; in annū octauūdecimū. tūc eni sumebāt togam virilē, quę & libera dicebatur. Seneca in epist. Tenes memoria cū prætexta posita sumpsisti virilē togā. Pueri quoq; in ea ætate, prætextati appellabātur. Iuue. Et prętextatus adult. Hinc Fest.Pompe.ait. Prætextatis nefas erat obscæno verbo vti,ideoq; prætextatū appellabant sermonē,qui nihil obscœnitatis habebat. Vlp.de auro & arg.leg.l.vestis.Puerilia aūt sunt, veluti togę,prætextæ,aliculæ,chlamides,& pallia, quæ filijs nostris cōparamus.Præterea vero appellata est, quoniam purpura vesti intertexebatur.

Tomentum,est quicquid puluillo aut culcitrę infercitur,siue illud sit lana,siue pluma,siue stramentū,siue carices & iunci concisi,quod tomentum circense appellatur,id est vulgare,triuiale,& pauperibus commune, dictum a circo Romano, vbi huiusmodi tomenta vēdebātur. Martial. Tomentum concisa palus circense vocatur, concisam

fam appellat paludem, carices & iūcos, qui ad tomentum concidebantur, quod a temo, quod est incido, dicitur, non vt indocti putant, ab eo quod tumeat. Seneca de vita beata. Si super circēse tomentū per fascias veteris linthei effluens incubabo. Sueto. in Tyberio Druso, inquit, adeo alimenta subducta, vt cogeretur e culcitra tomentū mādere. Varro quoq; de ling. lat. Quod in culcitra tomentū aliudue quid calcabāt, ab inculcādo culcitra dicta. Vlp. de leg. 3. l. si cui lana. Lanæ inqt, appellatione tomentū nō cōtinebitur. Expone tu .i. lana quæ culcitræ inculcata est, nā ea poterat i dubitationē venire. Quod vero Accursius putat genus esse vestis, vel coopertoriū de lana factū, qs non iure possit ridere? Nā vt in eadē lege habet, si lanæ appellatio eatenus extēditur, quo ad telā peruenerit, hoc est vt idē Accursi9 interpretatur, vt solum restet texere, nondum tamen est in tela posita, quomodo vestis siue coopertorium ex lana factum, debet lanæ appellatione contineri? Quid quod Paulus in eodem titulo expresse dicit. Lana legata vestem quæ ex ea facta sit deberi non placet.

Topiarius, est operis topiarij artifex. Op9 vero topiarium dicitur, quod in viridiarijs topiarij faciunt, exprimentes varias figuras animalium aliarumq; rerum ex myrto, citro, buxo, hędera, alijsq; arbusculis, fruticibus, & herbis, quarum natura flexibilis est. Plinius li. 15. Satiuarum, inquit, myrtorum genera topiarij faciūt, Idem libro 12. fic...

Indicam

Indicā ad opus topiariū dicit pertinere. Et libro 21. de chamædaphne. Topiaria, inquit, herba ino piā florū aliquando supplet. Idē libro. 21. acāthon herbā appellat topiariā, quia topiario operi accō modari pōtest. Cicero ad Quintū fratrem. Topiariū laudaui, ita omnia conuestiuit hędera. Atq; ibidē. Vt denicq; illi palleati topiariā facere videantur. Vlpianus tit. de fundo instruct. l. instrumenta. Si viridaria inquit, sunt topiaria, accedunt instrumento fundi. Et in eodē tit. l. quæsitum. Hostiarij, inquit, vel topiarij, & dietarij. Aphricanus tit. de legatis 3. l. cū quęreretur, prædijs legatis, & quę eorum prædiorū causa empta essent, necq; topiarium, necq; saltuariū legatū videri ait, topiariū enim ornandi, saltuarium autem tuendi & custodiendi fundi, magis quam colēdi causa paratum videri. Accursius cuiusmodi ornat9 esset topiarij, nesciuit, cum dicit illius officium esse, purgare agrum spinis & vepribꝰ, & facere fossas. Immo vero eiusmodi serui legato cederentur, cū necessario ager purgari debeat spinis, & fossę atque elices deducēdæ sint, atq; ad culturam pertineant.

Toral, mappa est quæ toro id est mensæ impo nitur. Varro de lingua latina. Toral inquit, qđ ante torū. Horā. 1. epist. Ne turpe toral, ne sordida mappa. Florentinus de supellectili lega. l. de tapetis. Sicut toralia, inquit, quæ stragulorū non sunt. In eodem ti. l. supellectili, vt diximus in verbo mappa, oralia pro toralia legitur.

Traianopolis, ciuitas Siciliæ, a Traiano cæsare

cognomina-

cognominata, vt ex verbis iurisconsulti colligi mus in titulo de censibus. In Sicilia, inquit, Selinis & Traianopolis. Sed cũ Traianopolis nusquam in Sicilia legatur, atq; ediuerso Traianopolis oppidum sit Misiæ maioris, atq; alterum eiusdem nominis in Piceno Italiæ, interpungenda sunt legis verba, aut Selinis sit in Sicilia, & Traianopolis altera ex illis duabus.

Traiectitia pecunia, dicitur vt Modestin us li. ii. tit. de nautico fœnore scribit, quę trãs mare vehitur. & ibidẽ sæpe. Aphricanus quoq; in ti. de actionibus & obliga. l. traiectitię pecuniæ, Itẽ codice de veteri iure enucle. l. tanta. Dicta est autẽ traiectitia, a traijciendo, hoc est trãsmittẽdo: vnde est frequenter apud historicos, traijcere mõtẽ, & traijcere mare, & traijcere flumẽ, & traijcere exercitũ, traijcere merces, traijcere pecunias. Atq; vtrũq; simul traijcere exercitũ, mare, flumẽ. Quare traiectitiæ pecuniæ nomine veniet ea quę permutatur, & transuehitur vltra montes & maria,

Trapetũ, siue trapetus, vt inquit Seruius in illud Vir. 2. geor. Venit hyems, terit sicyonia bacca trapetis, olearia mola est. Martial. Nec tartessiacis cedat tua silua trapetis. dictũ a tero, is, vt Var. de ling. lati. tradit, vel, vt alij, a trepo qđ est verto, quia molę olearię vertũtur, vel a trepo qđ est premo; ad priorẽ etymologiã allusit Vir. cũ dixit teritur sicyonia bacca trap. ad alterã, vel poti⁹ ad vtramq;. Plin. lib. 15. Mox inquit. trapetis fractæ oliuæ premerentur. Vlpianus titulo locati & con

ducti.l.sed ades. Trapeta inquit,instructa funib9.
Accursius instrumentum tantum esse dicit, sed non cuiusmodi,aut ad quos usus. Quod vero i ti.de supellectili leg,le. de trapetis. bis scriptum est trapetū expuncta,r litera, tapetō est legendū, quod nemo dubitat i genere stragulorum esse.

Trapezophorū,theca erat in qua preciosiores mensę deferebātur,nā trapeza interpretatur mēsa,& phoreo vel phoresco,qđ est fero. Florētinus de supellectili legata,l,supellectili,Trapezophora,inqt delphica & subsellia. Cicero tñ ad Fabiū Gellium pro statua siue signo quod ferebat mensam posuit,Trapezophōron,inquit, si te delectat, habebit.

Trierarchus, interpretatur nauis princeps, nā trieris est nauis habens triplicem ordinem remorum,quę triremis dicitur. Hierony. Ezechielis capite.30. Egredientur nuncij a facie mea in trieribus. Ad senatusconsultum trebellianum, l. eius, Fiduciarum,inquit, reliquit hæredem trierarchū. Item de bono.possessi.l.pri.Nauarchos,inquit,& trierarchos classium.

Trietericus,a,um.est illud qđ tertio quoq; anno cōgit,a tria qđ est tres, & etos annus. Virg. 4,Aene. Referunt trieterica bacchi orgia. Oui.2. de remed. Ibat vt ædonio referens trieterica baccho. Apuleius pro magia.Crotalū,inqt,ad trieterica orgia. Modestinus li 50.dig.ti.de pollicitatione,l.septicia. Agonē inqt,cōstituo trietericum.

Trini,æ,a.nomē est distributiuum,quale illud

Bini

Bini,& Quini,& Deni, significatq; cuilibet com petere tria. Iungiturq; vt alia eiusmodi nomina nõibus pluraliter declinatis. Martialis. Trãsierint binæ forsan trinęue calendæ. Sillius li.15. punicorũ. Qui sua nunc trinis deducunt agmina castris. Martianus li.50 de legationib. l. sciendũ. Præcipitur, inqt edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures q̃ trinos legatos mittãt. Accursi⁹ in erroribus pertinax est, nam qui binos exposuit ꝑ quatuor, quinos ꝑ decẽ, denos pro viginti, hoc in loco Trinos pro sex exponit, cũ exponẽdũ fuerit trinos, id est quælibet ciuitas tres. Sed quęro iam, non ab illo, sed ab illius amatoribus, an recte dictũ sit, qđ omnes ciuitates nõ amplius mittere debeant, q̃ sex legatos? significaretur nãq;, qđ oẽs ciuitates simul sumptæ non amplius essent missuræ q̃ sex legatos, quod est perq̃ ridiculum.

Triphus, potest interpretari delicatus, nam tryphe, es. est deliciũ, & tryphao delicior. Vlp. titulo de ædilitio ædicto. l. idẽ Offilius, Balbus inquit, & blesus & tryphus, isq; qui tardius loquitur. Vbi tryphum pro traulo hoc est bleso posuit, & qui quodam modo ex delicijs sic loquitur. Quintilianus libro primo. Illorum delicias reprehendi, qui, s literam male proferunt.

Trochlea, instrumentũ est cũ orbiculis ad eleuanda & deprimẽda onera. Cato de re rust. Trochleas græcanicas binis funibus sparteis. Vitru. li.10. cap.2. & 3. de trochleis multa, dicta a trecho, quod est curro. Vlpianus titulo locati. lege sed

ad

addes. Tympanum, inquit, & trochleas quibus eleuatur prælum.

Trozimos, græce, maturus siue comestibilis interpretatur. Vnde vua quæ esui adseruatur & q̃ non est apta vino, trozimos a iurisconsulto appellatur in titu. de verb. signi. l. qui fundũ. Qui fundũ, inquit, vendidit, pomũ excepit, nuces, ficos & vuas dũtaxat duracinas, & purpureas; & quę eiusdẽ generis essent, quas nõ vini causa haberemus, quas græci trozimus appellãt excepta videri.

Trulla, vas est quo e culina in lauatrinã aquã fundunt atq; ad alia eiusmodi ministeria comparatũ. Hora. 2. ser. pro vase potorio viliori posuit, dicẽs Qui Veientanũ festis potare diebus Campana solitus trulla. Iuuenal. Si trulla inuerso crepitũ dedit aurea fundo. Põponius de auro & arg. leg l. & si. Veluti paropsidas inquit, tabulas, trullas. Paulus de fundo instructo. l. tabernæ. Trullę inquit, quæ circa cornũ solent traijci.

Tubus, bi. siue sit fictilis, siue ex alia materia, est fistula per quã aqua deducit̃, imo vero aquæductus ipse tubulis pyxidatis cõstat, Hispani atanoras appellant. Columella. li. i. Aqua inquit, sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectã cisternã deducitur. Plinius li. 31. Aquam e fonte duci fictilibus tubis vtilissimũ est. Seneca li. 14. epist. Suspẽsuras balneorũ & impressos parietibꝰ tubos Vlpia. ti. de cloacis. l. pri. Cloacę appellatione & tubus & fistulæ continentur. Et per diminutionẽ tubulus in eadẽ significatione. Plinius li. 33. pro

cu

cuniculo subterraneo posuit. Hi colores, inquit, in eisdē tubulis inueniūtur. Proculus in titulo de seruitutibus vrbanorū prædiorū. l. quidā. Nō licet, inquit, tubulos habere admotos ad parietem cōmunē. Hic Accursius tribulos ꝑ tubulis legit, interpretaturq; esse vasa lapidea. In superiori lege tubū putat esse foramen cloacæ.

V.

VAdimoniū accipitur ꝑ ea sponsiōe q̄ datur in causa grauiori, puta criminali, dictū vadimonium a vadibus, hoc est spōsoribus, quos qui dederit ī iudicio, vadere, id ē decedere potest quocūq; libuerit. Autores sunt Acron & Porphyrion in illud Horat. in primo ser. Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbē est. Iuuenal. Differt vadimonia prætor. Et Plinius in procemio naturalis historiæ. Propter quod inquit, vadimonium differri possit.

Valesij, apud antiquiores dicebatur qui postea s litera (vt in plerisq; alijs) in r literā mutata, Valerij sunt appellati. Fuit autē Valeriorū familia Romæ dicta a Valesio viro præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, q postea Manius Valerius Terentinus cognominatus est, a Terento loco quodam Diti patri sacro, Romę in cāpo Martio, in quo arā illi dicatā ab antiquis primus oīm monstrauit Quintilianus libro primo Vt Valesij inquit, & Fusij, in Valerios, & Furios venerūt,

ita ar

ita arbos ætatis fuit. Idē quoq; Festus Pompeius scribit in dictione Aurelia familia. Pomponi⁹ in titul. de origine iuris. l. necessariū autor est Appiū Claudium cæcum fuisse autorem, vt in iilis nominibus scilicet litera in r transiret. Appius, inquit. Claudius inuenit, vt pro Valesijs Valerij, & pro Furijs Fusij essent. Hinc est in lib. Institutionum titulus de lege fusia canina, pro eo quod est furia canina.

Valetudo, & Valetudinarius, & nunquā validitudo & validitudinarius legendū est in li. digest. quoniā sic scriptū esse animaduertit Lodouicus Bonognīnus in pandectis Florentinis, atq; apud antiquos hęc nomina sic proferebantur.

Varus, varicus, & varicosus, quid significēt, nō est in promptu. Est autē var⁹ qui habet crura obtorta, pedesq; introrsus figens, quemadmodū ediuerso dicūtur Vaciæ qui extrorsum crura habēt, ideq; Vatinij, & Vacieni. Plinius. Hinc inquit, cognomina inuenta, plansi, pansę, scauri, sicut a cruribus vari, vaciæ, & vacieni, & vatinij. Horatius primo sermon. Hunc inquit, varum distortis cruribus. Et Persius per trāslationē, Vel cū fallit pede regula varo. Inde varicus, ꝑ eo qui ex distorsione pedū inæqualiter ambulat. Oui. in. 3. de arte. Ingētes varica fertq; gradus. Vlp. tit. de ędilitio edicto. l. Offilius. Var⁹, īquit, & varicus an san⁹ sit & opinor sanos esse. Accurs. noīa esse dicit illorum qui non possunt recte pronunciare. Varicosus qui a tumentibus & intortis varicibus dici-

tur,

tur, vicium est longe diuersum. Iuuenalis Varicosus fiat aruspex. & Persi. Dixeris haec inter varicosos centuriones. Vlpianus in eodem tit. Varicosus inquit, sanus non est. Neq; est qui vt insipiēs modo huc, modo illuc vadit, qđ Accursius somniat, sed, vt diximus, qui ex nimio labore venas habet crurum intortas & conglobatas, quas Hippocrates appellat cirsas, Aristoteles ixias.

Venaliciarius, est seruorū mango. Quintilianus Adolescentē, inquit, apud venaliciariū repertū. Et iterum. Dedit libert⁹ pecuniā venaliciario. Iidem & venaliciĳ dicunt. Cicero in oratore ad Brutū. Aphricanos, & Lelios multi venaliciariĳ mercatoresq; superarunt. Caius tit. de ędilitio edicto. l. iustissime. Venaliciariĳ, inquit. ita societatem coeūt, vt quicqd agūt &c̄. Vlp. quoq;. Quia venaliciariĳ inquit, sciunt decurri ad nouitiorū emptionem. Item Aphricanus de verborum signi. l. mercis appellatione. Mella māgones non mercatores, sed venaliciarios appellari ait.

Veneficus, non simpliciter est qui venenū necandi alterius gratia porrigit, sed quia adhibitis incantationibus qbusdā vtitur, qui & maleficus dicitur. Ouid. 7. meta. de Medea. Validosq; venefica succos Mergit in aere cauo. Luca. in. 7. Pollutas cantu diroq; venefica succo. Hinc apud Iurisconsultos titulus est de veneficis & sicariĳs. Idem & Venenarius dicitur. Iuli⁹ Firmicus lib. 2. Si Mars Mercurium de diametro aut de quadrato respexerit, faciet venenarios & maleficos, Callist. ti. de

poenis

pœnis.l.capitalium. Veneñarij,inquit,capite puniendi sunt.

Versicolor vestis,inquit Valla, non tã illa dicitur quæ colorẽ natiuum mutauit, puta in rubrũ, pallidum,aut nigrũ,q̃ illa quæ variũ habet colorem.Gellius li.6. Tunica,inquit,lõga muliebri indutus & versicolori pallio.Cice.3.de finibus.Plurimę,inquit,versicolores colũbis.Pli.li.35.Capita earum mitris versicoloribus operuit.Vlpia.de legatis tertio.l.si cui lana.De versicoloribus,inquit,vidẽdũ est. Pau. de auro & argẽ.legato.l.pediculis. Vestẽ,inquit,tam coloriam quam versicoloriam.

Vespilones.& vespæ, vt inquit festus, dicũtur, qui funerãdis corporibus officiũ gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tẽpore eos efferũt. qui funebri põpa propter inopiam nequeũt.Suetonius in Domitiano.Cadauer,inquit, eius populari sandapila p vespilones exportatũ. Apuleius lib.Floridorum.4.Vespilonũ manibus extortum velut ab inferis postliminio domũ retulit.Martialis. Chirurgus fuerat,nũc est vespillo Diolus.Martianus in ti.de solutionibus.l.qui decẽ.Num ergo & si vespilonẽ aut alias turpẽ dederit hominẽ pro quo mendose legitur vespertilionẽ.Itẽ Vlpia.ti.ad S.C.Trebellianũ.l.sed sciendũ Vel nomen quidẽ vespilonis testatoris ferre. Hic Accursius nõ minus insanit,q̃ in superiori lege fecerat, Nã vtrobiq; vespilonẽ intelligendũ ait esse nomẽ infamię,vt si cognominaretur carnifex, vt apud Martia.Postq̃ triste caput fastidia vespilonum

num. Et miseri meruit tædia carnificis.

Vestiariũ, pro loco vbi reponuntur vestes, vt apud Pliniũ lib. 15. Vestiariũ, inquit, contra teredines ac noxia animalia amurca aspergi. Alias vestiarium ꝓ ipsis vestibus sicut ministeriũ ꝓ ministris, cibaria pro cibis. Seneca li. de vitę trãquillitate. Familia vestiariũ petit victũq;. Scæuola, tit. de annuis legatis. l. annua. Ac per hoc, inquit, neq; vestiaria neq; cibaria his debeantur. Iabolenus tit. de soluto matri. l. in his. Seruis inquit, vxoris vir nummos in vestiarium dederat.

Veterator, seruus is dicitur qui diu seruiuit, & qui ex vetustate callidus est, quẽadmodũ ediuerso Nouitius, qui nouus est in seruitio. Festus. Veteratores, inquit, callidi dicti a multa rerũ gerẽdarũ vetustate. Donatus in illud Terẽtij in Andria. Quid nã hic vult veterator sibi. Veterator inquit est vetus in astutia. Vlp. tit. de ædil. edict. l. pręcipiunt. Præcipiunt inquit, ædiles, ne veterator ꝓ nouitio veneat. Atq; ibidẽ. Quia venaliciarij sciunt facile decurri ad nouitiorũ emptionẽ, idcirco interpolant veteratores.

Veterinarius, est veterinarum medicus. Est autẽ veterina iumentũ, vel a vehendo dictũ, vt putauit Cato, referente Festo Põpeio, vel vt Opilius, veterinã dici voluit, quasi vterinã quod ad vẽtrẽ onus religatum gerat, inde veterinaria, medicatiua iumentorũ ars. Columella lib. 8. Veterinarię medicinę prudens esse debet pecoris magister. Callistratus titulo de iure immunitatis, l. quibus

dam. Accursius. Qui fodiunt, inquit, aurũ & argẽ tũ, aut qui faciunt vitra, sed hoc diuinare est.

Viaticũ, ci. est pecunia illa quæ in vię sumptus alicui datur. Cicero de senect. Quo minus vię re⸗ stat, eo plus viatici quærere. Plin. Cecil. de Mar⸗ tiale. Prosecutus, inquit, eram viatico sedentẽ. In⸗ de Viaticulũ, paruũ viaticum. Apuleius lib. 7. de asino. Viaticulũ, inquit, mihi corrasi. Vlpi. lib. 5. tit. de iudicijs. l. si longius. Egestate inquit, Romæ laboraret viaticulo suo non recepto qđ ad sum⸗ ptus pater ei destinauerit. Accursius ignorans q̄d viaticũ sit, quod propter impensas, inquit, in scho lis datur. quia supra dixerat, studiorum causa.

Viatores inquit, Festus appellabãtur qui ma⸗ gistratibus parebãt, eo ꝙ plerumq; ex agris ho⸗ mines euocabantur a magistratibus, & frequens erat eorum ab agris in vrbem via. Plinius lib. 18. Cincinato viator attulit dictaturam. Tales tunc viatores erant, quibus idipsum nomen inditũ est subinde ex agris senatum ducesq; accersentibus. Vlp. tit. de rebus eorum qui sub tutela. l. magis. Dari inquit, viatorem qui ei renunciet.

Vicarius seruus, dicitur ille, quẽ atriensis seru⁹ substituit. Itaq; vicarius dicitur serui seruus. Mar tial. Esse iat est seruum, iã nolo vicarius esse. Plau. in asinar. Sticho, inquit, vicario ipsi tuo: cui Leo⸗ nidas atriensis respondet, Mihi scio vicarium esse. Vlpianus. titul. delegatis tertio. l. seruos, Vicari⸗ os seruorum suorum numero nõ cõtineri. Idẽ in tit. de peculio leg. l. si peculiũ legetur. Recte igit̃ atq;

atq; latine Pontifices appellāt se vicarios, hoc est, seruos serui Petri, qui se appellat seruū Iesu Christi in suis canonicis. sed Petrus non vicarius Christi, quia non est seruus serui.

Vienna, ciuitas est Allobrogum in Gallia narbonensi, cuius meminit Iurisconsultus, tit. de censibus.

Vinacium, vel vinacius proprie acini semē est. Acinus autem granum vuæ. Cato tamē in li. de re rustica, pro acinis musto exhaustis vinacium posuit. Dolia, inquit, quibus vinacios condat decem habeat. Vlpianus quoq; titulo de furtis, lege. si quis vxori. Vuarum, inquit, & musti & vinaciorum nomine furti agere potest.

Vindicta, virga Prætoris erat, qua seruo imposita illum faciebat liberum. Persius. Vindicta postquā meus a prætore recessi. vnde p metonimyam Vindicta pro libertate aliquando. Ouidius de remed. Vindictæ quisq; fauete suæ. & ibidem Optima vindictæ proxima quæque dies. Dicta est aūt vindicta a vindicando, hoc est in libertatē asserendo, vel a vindicio seruo Vitelliorum, qui coniurationem de reddenda vrbe Tarquinijs patefecit, de quo Liuius libro secundo. & Pomponius de origine iuris, lege necessarium. Titulus est præterea in libris digestorum, de manumissis vindicta.

Viriolæ, armillæ erant ex gēmis margaritisq; auro cælatis, quæ & viriæ dicebantur. Plinius. li. 33. vt habeāt quidem in lacertis iam quidē & viri,

 quod

quod e Dardanis venit, atq; itaq; Dardaniũ vocabatur, viriolæ celticæ dicũtur viriȩ celtibericȩ, habeant fœminȩ in armis digitisq; totis, collo & auribus, Itaq; vult Plinius qđ Dardaniũ sit armilla, quoniã a Dardanis venit, Viriola qua vtũtur Celtæ, id est, Galli, Viria, qua celtiberi, id est, Hispani. Vlp. ti. de auro & arg. leg. l. argu. Armillȩ, inquit, viriolæ, annuli prȩter signatorios. & infra. l. medico. Lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis. Paulus de optione & electione le. l. Si tibi. Si ex quatuor, inquit, viriolis duæ.

Vitis, centurionis gestamen erat, ad fustigandos milites pigre munera sua obeuntes, de qua i verbo Centurio multa diximus.

Vniones, dicuntur margaritæ grãdiores, dicti ab eo vt Plin. lib. 9. scribit, qđ nulli duo reperiantur indiscreti, vnde nomẽ vnionũ, inqt Romanæ imposuere deliciæ, de auro & argẽto lega. l. seia. Legauit, inquit vnionem cum hyacinthis, & postea vnionem soluit.

Vrinatores, dicũtur qui subter aquã natãtes tẽpore multo cõtinẽt spiritũ, ab eo qđ est vrino. as, vel vrinor, aris. Varro de ligua latina. Vrnȩ, iqt, dictæ quod vrinant in aqua haurienda. Vrinari eni est in aqua mergi. Plin. li. 2. Vrinãtibus in quamlibet profundam aquarũ altitudinẽ. Idem li. 9. Has inquit vrinantium cura capi. Idem libro 11. Eadẽ est causa quare sub aqua diu Ranæ & diu Phocæ vrinẽtur. Callistrat9 ad legem rhodiam de iactu. lege, nauis. Merces per vrinatores extractæ, Audi som

di somnium Accursij. Qui,ita,inquit, subtiliter ꝑpendunt & vident sub aqua,sicut medicus per vrinam perpendit ægritudinem.

Vulpianus an Vlpianus dici debeat iurisconsultissimus Alexandri cæsaris ille assessor, multi dubitant, quę ambiguitas ex pandectarum Florentinarũ lectione tollitur, in quibus semper Vulpianus per duplex u,alteram consonantem,alteram vocalem scribitur.

X.

XEnium, interpretatur munus quod hospitibus datur. Nam Xenos interpretatur hospes. Vitruuius li.6. Primo,inquit,die Græci hospites inuitabāt ad cænā, postero mittebāt pullos,oua,olera,poma,reliquasq; res agrestes. Ideo pictores qui ea quæ mittebātur hospitibus, picturis imitabantur xenia appellarunt. Martialis Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello, & sequitur, hæc licet hospitibus ꝓ munere disticha mittas. Inde per diminutionem Xeniolũ. Apuleius lib.2.de asino. Mittit byrrhena mihi xeniola,porcũ optimũ & quinq; gallinulas. Vlp.li.1.ti.de officio pro.l.solent. Nõ inqt in totum xenijs abstinere debet proconsul.& paulo post. Quantum ad xenia,inquit,pertinet vetus prouerbium est &c.

Xenodochium,interpretatur hospitiũ,qđ hospitibus & peregrinis publicitus siue priuatim pa-

tet. Hierony, in quadam epistola ad Pammachiū. Audio te xenochium, i portu fecisse Romano. In códice Iustiniano tit. de sacro sanctis ecclesīs. l. illud. l. sancimus. l. si quis. Item de episcopis & clericis tū xenodochium, tum xenon appellatur.

Xenoparochus, is est q publice munera hospitibus contribuit, quia xenos hospes interpretatur, & parochus tributor. Archadius li. 50. ti. de muneribus. l. munerum, Tabularij, inquit, vel xenoparochi vt in quibusdam ciuitatibus.

Xerolophum, locus erat celebris Bizantij, quæ Cōstātinopolis postea cognominata est. Priscian9 libro primo de octo partibus orationis. Epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Appollinis, q stat in xerolopho Bizātij scriptus. Idem li. 6. Ostendūt, inqt, epigrāmata vetustissima quæ & literis vetustissimis scripta in multis tripodibus, legi & maxime in tripode Appollinis, q ē Cōstātinopoli i loco quē Xerolophō vocant. Iustinianus libro quarto Institutionum, titulo de publicis iudicijs. Quod nos, inquit, telū appellamus, illi telos appellāt. admonēt, inquit, nos epigrammata in Xerolopho scripta. Et sequitur epigramma græcum.

Xystici, dicuntur athletæ, dicti a Xysto, qui, vt ait Vitruuius libro sexto, est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercebantur. Suetonius in augusto. Xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas seuerissime semper egit. Idē in Galba, Si quid scænici aut xystici

donatum

donatum olim vendidissent. Vlp ti. de iis qui nō tantur infamia, l. athletas pro eo quod esse debuit, xystici, xesustici corrupte legitur.

Z.

ZYthum, potus est quem e frugibus excogitauit Aegypt9, vnde a Columella pelusiacum cognominatur ī horto, cū dicit, Et pelusiaci proritet pocula Zythi. Vlp. ti de tritico & vino legato. l. si quis. Zythum inquit, & cætera pro hominum affectione.

Zona, nō tantum pro cingulo accipiēda est, sed aliquādo etiā pro marsupio & loculis nūmorū refertis accipitur. Apuleius li 7. de asino. Plotina, inquit, preciosissimis moniliū & auro monetali zonis refertis incincta. Suetonius quoq; scribit Vitellium zonā se aureorum plenam circundedisse. Spartianus etiam Pisceniū nigrū Imperatorem iussisse, ne milites in zonis nummos aureos vel argenteos portarent ad bellū. Lampridius quoq; Alexandrū Cæsarem dicere solitū ait, Miles non timet, nisi vestitus, calceatus, & satur, & aliquid ī zonula habens. Et fere hæc est consuetudo Hispanorum, vt cingulo bursam escariā applicēt, in q̄ portent nummos. Itaq; Saluator noster discipulis interminatur, ne portēt zonam. In hoc significatu accepit Vlp. in ti. de bonis damnatorū l. diuus. Neq; si zonā, inquit, circa se habuerit, protinus aliquis sibi vindicare debebit. Accursius putauit zonā esse cingulum magni precij

EX OBSERVATIONIBVS AElij Antonij Nebrissen. in libros Iuris Ciuilis. De Glauco & Diomede, Accursij Somniū.

EST in præfatione digestorum perōratio Iustiniani Imperatoris in hęc verba. Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire, quā nos inuenimus, quatenus fiant optimi Iustitię & reipub. ministri, & vos maximum decus in omne æuum sequat. Quia nostris temporibus talis Legū inuenta est permutatio, qualē apud Homerū patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes, & subdit carmina Homeri sumpta ex. 7. Iliades libro, vbi narrat quopacto ī obsidione Troiana Diomedes cum Glauco Hippolochi filio congressus, cœpit ab illo quærere q̄s esset, quibusq; maioribus ortus. Cui Glaucus se Bellerephontis nepotē Hippolachiq; filiū esse respōdit. Cumq; Diome. vetus hospitium Oenei Bellerephontisq; vtriusq; auorū fuisse intelligeret, pugna abstinuit, atq; ita commutatis armis digressi sunt, quasi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autē Glauci arma aurea centum bobus æstimata, Diomedis ęrea nouem boū. Quod Accurs. nescio quibus furijs agitatus, expōnēs ait Diomedes cum rediret p mare a Troiana victoria, indigebat vino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino & carentē equis, at ipse mul

toa

tos habebat equos,quos in prelio habuerat,& ita dedit illi de equis inutilibus pro vino necessario & vtili sibi, & Glaucus dedit vinum superfluum, & accepit equos necessarios,sic & nos fecimus per mutationem de inutili modo legendi ad vtilem, Hucusq; Accursius. Omitto corruptissimũ & mille acyrologijs deprauatum dicendi genus, vbi legit ille bonus vir hæc historiarum portenta, aut quis illum docuit in rebus quarum ignoratione tenebatur, diuinare? Aliud est enim,vt dicus Hierony.scribit,esse vatẽ,aliud interpretem, illic spiritus neutra prædicit,hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit interpretatur. Quod si fuisset Accursio mixtũ cũ pudore iudiciũ,aut omnino tacuisset ijs de rebus q̃s ignorabat,aut ea scriberet quæ de Glauco & Diomede ab autoribus memoriæ prodita sunt, Homero præsertim,quẽ Iustinianus citat testẽ. Quod si Accursius græcas literas ignorabat, didicisset saltem latinas,in quibus lib.pri.sermonũ Horatij legeret. Aut si disparibus bellũ icidit aut Diomede,Cũ Licio Glauco discedat pigrior vltro Muneribus missis. Atq; apud Martialem lib.9. epigrãmaton. Tam stupidus nunq̃ nec tu p̄ito Glauce fuisti,chalcea donãti chrysea qui dederas, Aut quoniã Iuris libros interpretabatur,illud saltẽ qđ Aristoteles li.5. ethicorum cũ de iustitia & iure dissereret,scripsit. Volenti,inquit,nõ fit iniuria,sed q sua donat,vt Homerus de Glauco scribit,dedisse eum Diomedi arma aurea pro ferreis,cẽteni precij pro noueni,hu

lc iniuria nō fit. Aut imitaretur saltē pudorē sancti Thomæ qui locū illū exponēs, nihil tale somniat quale Accursius; sed tātū ab ignorātia interpretis deceptus, dixit accepisse Diomedē centum boues pro nouem, cū Homerus dicat arma æstimata precio centū boū, pro armis nouē boū, qđ & Plin. lib. 33. affert. Quanq̄ Homerus inquit admiratus aurum, æstimationes rerū ita fecit, vt centū boum arma permutasse Glaucum diceret, cū Diomedis armis nouem boū, & hoc est quod Iustinianus dicebat talem permutationem legum antiquarum pro nouis esse factā, qualis fuit Glauci & Diomedis hoc est, centeni precij pro noueni.

DE LEGATIS ATHENAS missis Somnium Accursij.

Pōponius lib. pri. digest. sub titulo qui est de origine iuris. Placuit, inquit, publica auctoritate decē constitui viros, per quos peterētur Leges a græcis ciuitatibus, vt ciuitas fundaretur Legibus q̄s in tabulis eburneis perscriptas pro rostris cōposuerunt. Audite nunc obsecro vos ægrotantis Accursij somnia vana. Ante inquit, quā hoc fieret, miserūt Græci Romā quendam sapientem, vt exploraret an digni essent Romani Legibus, qui cum Romam venisset, Romani cogitantes quid poterat fieri, quendā stultum ad disputandū cū Græco posuerunt, vt si perderet, tantum derisio esset. Græcus nutu disputare cœpit, & eleuauit vnū digitū, vnū Deū significans. Stultus credens qđ vellet cū vno oculo decæcare, eleuauit duos & cū

cis eleua

elevauit etiã pollicem, sicut naturaliter euenit, qsi cæcare eũ vellet de vtroq;. Græcus autẽ credidit quod trinitatem ostenderet. Item Græcus apertam manum ostendit, vt ostenderet omnia nuda & aperta Deo. Stultus autem timens maxillatam sibi dare, pugnum clausum quasi repercussurus leuauit, Græcus intellexit quod Deus omnia clauderet palma, & sic credens Romanos dignos legibus recessit. O miserrimam sęculi nostri conditionem, qui hæc audimus & patimur. Ecquis vnquam talia deliramenta nisi a mulierculis lanificio intẽtis audiuit? & non videt homo perditus non habita ratione temporum & personarum sibiipsi repugnantia dicere? Quod si tanta erat illi historia mentiendi libido, at debuit saltem aliquid dicere quod nos falleret. Nunc vero ea per crapulã ructat, quę nec credẽt pueri, qui nondũ ære lauantur. Nam si qđ hoc in loco Põponi9 scribit, cõstat esse factum trecentesimo altero anno ab vrbe cõdita, hoc est, ante natalem Christianũ annos circiter quadringẽtos quinquaginta: quopacto Gręcus & Romanus de trinitate personarũ atq; vnitate substantiæ in diuinis disputare poterant? hoc ne Ezras quidem fecisset, doctissimus illa tempestate Legis interpres, nedum homines in falsa deorũ gentiliũ religione occupati. Aut si tam diligens in historia esse volebat, illud potius annotare debuit. Romanarum rerũ scriptores non quod Pomponius scribit creatos esse decẽ viros p quos Leges peterentur, sed cũ prius deferendis Legib9

inter

inter Romanos conuenirer, de latore tantum disceptarent missos esse tris Legatos Athenas, iussosq; inclytas Solonis leges describere, & aliarum Grȩciæ ciuitatũ instituta moresq; pernoscere. Postea vero ꝙ illi redierunt, creatos decem viros cõdendarũ Legũ & Iuris dicundi causa. Quod vero Pomponi⁹ scr bit tabulas fuisse eburneas, Dionysius Halicarnaseus diligentissimus antiquitatũ Romanarũ scriptor libro 9. æreas fuisse memoriæ prodidit. Quodq; idem autor scribit tabulas in foro positas, nõ est diuersum ab eo, qđ Põponius tradit positas esse pro rostris, nã rostra tẽplũ erat in foro Romano quod placuit exornari rostris nauiũ, quas ab Anciatibus acceperant, nõ vt Accursius delirat pyratarũ, Illud vero perq; ridiculum, quod in re manifesta dubitans, ꝓ rostris exponit ante oculos & ora hominum. Ab Hispano opinor aliquo id didicerat, quoniam Hispanè facies rostro appellatur.

MVTIVS PRO FABIVS.

Idem Põponius in eodẽ titulo de origine iuris Q. inquit, Mutius qui ad Carthaginiẽses missus Legatus, cũ essent duæ tesseræ positæ, vna pacis, & altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet referre Romam, vtramq; sustulit, & ait Carthaginienses petere debere vtram mallẽt accipere. Atq non Q. Mutius, sed Q. Fabius fuit, qui cũ Valerio Flacco missus est Carthaginẽ legatus, vt nisi Hãnibal violator fœderis dederetur, bellum Carthaginiensibus indiceret, Hic Fabius, Pamphilus cognomi-

gnominatus est, ad differentiā illius Fabij qui in eodē secundo bello punico singularem operam Reip. nauauit, atq; tū maximus, tum verricosus, tum ouicula dictus est. Atq; ea propemodum Fabiū Pamphilum fecisse coram Cartaginiensibus quę Pōponius refert, autores sunt Polybi⁹, Liui⁹, Plutarchus, Silius prętcrea lib. secūdo punicorū.

Non vltra patiens Fabius texisse dolorem,
Concilium exposcit propere patribusq; vocatis,
Bellum se gestare sinu pacemq; profatus,
Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Imperat, at sæuo neutrum rennuente senatu
Ceu clausas acies gremioq; effunderet arma,
Accipite infaustum lybię euentuq; priori
Par inquit bellum, & laxos effudit amictus.

Tam insigne mendū non debuit Accursius dissimulare, atq; intactū reliquere, vbi non in parte, sed in toto error cōmittitur. Nam quid habent simile Mutius & Fabius? nempe hoc quod Thais & Hermione.

Columnarium pro Colum Niuarium.

Pomponius Iurisconsultus in lib. dig. ti. de auro & argento leg. In argēto inquit, potorio vtrum id dūtaxat sit quo bibi possit, an etiam id qđ ad præparationem bibendi comparatū est, veluti colūnarium & vrceoli. Quod vasis genus colūnarium sit nullus vnq̄ scripsit, sed neq; legit, pręter vnū Philippum Beroaldū, virū alioqui singulari eruditione, qui ex huius Legis deceptus lectione, putauit esse poculi genus. & Accursium, qui angli

steriam

Reriam interpretatur, sic Itali vulgo appellant ampullam vitream lõgioris colli. Ego vero cũ columnariũ esse nihili verbum pro cõperto haberem, cœpi mecum recogitare quid coliũarij loco substituerem, cum subito fuit mihi presto Martia. poetæ distichon, cuius lemma est colum niuarium. Cumq; adhuc subdubitarem an pro colũnario colũ niuarium reponerem, legi sequens distichon, cuius index est vrceoli ministratorij. Exilui præ nimia lætitia, atq; cœpi mihi ipsi gratulari, quod locũ alijs incognitum atq; intactũ mea diligentia restitui. Quid vero colum niuariũ fuerit, reliquum est vt ostendamus. Fuit consuetudo apud maiores nostros, non modo colare vina, vt essent molliora defœcatioraq;, verum etiam aquã per niues transmittere, quo fieret gustui suauior. Instrumenta vero ad percolandũ erant cola minutissimis viminibus cõtexta, aut ex sacco lineo siue cilicino. Virg. 2. geor. Tu spisso vimine qualos Collaq; prelorum fumosis diripe tectis. De collatorio sacco Mart. in disticho, cuius lemma est saccus niuarius. Attenuare niues norunt & linthea nostra Frigidior colo nõ salit vnda tuo. Pli. 14. Vtilissimum omnibus sacco virib⁹ fractis. Idẽ lib. 19. Inueterari vina saccisq; castrari, &. 23. libro. Vt plus inquit capiamus, sacco frangimus vires. Atq; iterum Martialis. Turbida sollicito trãsmittere cecuba sacco. & Horatius. 2. ser. Integrum pdunt lino vitiata saporem. Quod Porphirion exponit sacco percolata. Cum itaq; Martialis duo

disti-

disticha continuata scripserit, alterum de colo niuario, alterum de sacco niuario, subdideritque statim vrceolos ministratores, quis non videt apud Pomponium legendum esse colum niuarium, cum praesertim e uestigio sequatur & vrceoli. Quid, quod sensus pulchre coit, atque satisfacit ei quod venire potuit in dubitationem, an videlicet vasorum potoriorum appellatione veniant vasa quibus non bibimus, sed praeparantur ordinanturque ad id quod bibendum est, vt colum & saccus per quae colantur vina niuesque, atque praeter ea vrceoli, quibus vinum & aqua discumbentibus ministratur.

Non quod Accursius & Philippus putabant esse vasa potoria. Esset namque sensus Legis ridiculus, si dixeris appellatione vasorum potoriorum vasa potoria contineri.

FINIS.

Louanij excudebatur apud Seruatium Zassenum Diestensem anno 1535.


SERVAT. ZASSEN.
EXCV DEBAT.